cuiuscunq gradus et conditionis sub gravissimis poenis ne ullo pacto quisquam eorum
cum Tyronibus familiaritatem habeat et ipsi actu Experimur quod ex tali familiari
tate plurima inconvenientia pullulent, quando Iuvenes adhuc in suo Tyrocinio
Conspirationes de consilio aliorum addiscunt seditionemq
contra suos Magros sub formali praecepto in Virtute Spus Sti et Stae Obedientiae praecipimus
modos nanciscuntur
et prohibemus ne hoc amplius per quemcunq in nra Congregatione fiat
alias

alias pro destructoribus religiositatis et infamibus declarabunt et poenis strictissimis irremissibiles tales huiusmodi transgressores Praecepti afficientes. Idem Praeceptum extenditur ad omnes Fratrum et Sororum Superiores, ne Clerici Iuvenes ex novitiatu quaestum faciant, aut etiam Fratribus Praeter Magistrum et Procuratoribus ad extraneos Ecclesias pro missis sive in quocunque negotio ad Civitatem in Socios dent et adstringantur.

Petitiones

1mo Quoniam Viros dignos et omni exceptione maiores Reverendissimo Patri Magistro Generali ad Vicariatum Generalem pro Candidatis exposuimus humillime supplicamus, ut unum ex eis Congregationi concedere et dare pro sua Paterna clementia benignitate et gratia dignetur.

2do Quoniam in Conventibus ex permissione Reverendi Patris Magistri Generalis non pridem sunt instituti Priores et Domorum Vicarii et alioquin mos est in Congregatione quod a Dieta ad Dietam officia Priorum durebit post novam vero Dietam alii instituantur, petimus filiali submissione Paternitatem suam, obviando et mutationi ac crebra perturbationibus et extenuatione Conventuum, quatenus non pridem institutorum prorogare dignetur officia et durationem eorum ad futuram Deo dante Dietam, praeter substitutionem alicuius in locum unius ex propositis Reverendissimo Patri Magistro Generali Candidatis ad Vicariatum Generalem et praeter eos quos in praesenti a suo officio expedire necessitas compulerit.

3tio Sicut ipsi Primores Congregationis Fratres continuis Magnis Erga Fundatorum Conventuum obligationibus respectu Vicariatus Leopoliensis a Celsissimis Principibus Jablonowskiis et respectu Vicariatus Sidoroviensis ab Illustrissimis Excellentibus Fundatoribus Kalinowskiis, quatenus Fundationes eorum erigi possint in Prioratus Sui Reverendissimo Patri Magistro Generali Ordinis Nostri supplicamus, ut vota eorum gratiose implere dignetur cum horum Nominum Magnatum benevolentia et gratia ne dum Nobis sed et aliis Provinciis plurimum est necessaria et omnimode caram debeat uti Potentissimorum in Regno Poloniae et Maiestati Polonae Sanguine iunctorum.

4to Experti eramus aliquoties licet indigni Filii Gratiam Reverendissimae Paternitatis suae quod in Congregatione Nostra non pridem laborantes et strenue gloriam Ordinis, profectum Studentium procurantes Paterne dignatus sit praemiare post lectionem Versationem Gradu Praesentaturae in suis Provinciis, ex quibus ad Nos pro Lectorata assumpti erant, quare et modo coniectis oculis in Reverendum Patrem Fratrem Sancti Thomae Lectorem Actualem in Studio Nostro Varsaviensi, eiusdem iam 3tio Anno Professorem de Provincia Polona assumptum Fratrem Candidum Dilecki, quod hic Pater cum omni plausu in numerosissima celeberrimorum Studiorum Variarum Religionum Congeries omni Septimana disputet, Domi Angelici Praeceptoris doctrinam gloriosissime propugnet, sedulissime Nostrorum Iuvenum profectui incumbat, et quod iam praeterea in Sua Provincia Theologiae postea Philosophiam tum Primarium tum Secundarium Professorem gesserit in Studio Posnaniensi et Thoruniensi: insuper quod tanta Religiositatis fama et discretione Spiritus praeditus sit, quod duobus capitulis Provincialibus e medio dignissimorum Patrum electus Socius adfuerit, in Conventu Varsaviensi Magister Novitiorum sicut et ibi tandem Prior electus in eadem Conventu

Varsaviensi extitenit, & denique quod propter hdc sua merita ex duobus Capitu-
lis Provincid ad Praesentaturam petitus fuerit, petimus Rdissimam Paternitatem
exemplates fructuosissime in Nostra Congregatione labores, eodem sibi longe plus aliq
augmentantem, Gradu Praesentaturd insignire & gaudere faceat.

5to Perbelle novimus quantum emolumenti habeat Congregatio Nostra Anteriori tem-
pore sub pid memorid Rdissimorum Magistrorum Gnalium Regimine Ordinis, exclu-
sis suis in partibus Italid & studijs eorum expositis, ac in Conventibus perfectd Obser-
vantid Religiositatem educatis; quapropter & nunc Rdissimo Patri Magro Gnali Moder-
no provoluti ad Ejus Paternas plantas supplicamus, quatenus duos Theologos formatos
ex studio Varsaviensi, Nempe Onuphrium Wronikowski & Philippum Karkowski
ad aliquem Conventum Congregationum in Partibus Italid Romam ad studium Celebre
destinare dignetur.

6to Siquidem studij Nostri Varsaviensis Professores omnes in possessu suorum officio-
rum cum profectu studentium notabili persistunt, & alternas labores supportare in
in Conformitate abstinentid Victus Nostri non recusant, petimus eos in eodem studio
immutabiliter conservari.

Instituationes, Commissiones, Ordinationes studiorum, assignationes Commit-
timus Adm Rndo Pri Magro Commissario Gnali Vicario ac Visitatori moderno
Dietd Nostrd Praesidenti.

Suffragia Vivorum.

Pro Smo Dno Nostro Papa Benedicto XIV pro Eminentissimo Collegio Cardinalium,
pro Serenissimo Rege Nostro Augusto 3tio, pro Illustrissimis Episcopis in quorum Die-
cesibus Nostri Cventus degunt, pro Rndissimo Pre Magro Gnali Ordinis Nostri Pri-
moribus Patribus ac Statu Ordinis totius. Pro Illustrissimis Fundatoribus in vivis
existentibus eorumque Familijs, signanter pro Illustrissimo Episcopo Coadjutore Kijo-
viensi Josepho Zaluski Fundatore Cventus Wielkocensis. Pro Illustrissimis Princi-
pibus Jablonowskijs Fundatoribus Cventus Leopoliensis pro Celsissimo Principe
Czartoryski & Consorte ejus de Domo Sieniawska de lumbis Fundatorum procedente
Gnalibus Palatinis Russiae Fundatoribus Cventus Semiaticensis, pro Celsissima
Principissa Theophila Wisniowiecka Fundatrice Actuali Cventus Marcinicensis
pro Illustrissimis Kalinowskijs Fundatoribus Cventus Siderowiensis, pro Celsissi-
ma Principissa ex Magnis Ducatis Rzewuska Palatina Belsensi Ducissa Exercituum
Regni Polonid Domina gratiosissima & Fundatrice Conventus Targowicensis.
Pro perillustri Dno Michaele Piotrowski actuali Fundatore Ecclesid Werbowiensis.

Suffragia Mortuorum.

Pro Augustissimo Imperatore Nostro Carolo 6to, pro Eminentissimo Cardinali ex
Ordine Nostro Aloisio Maria Lucini Novikomensis, pro Celsissima Principissa Pala-
tina Gnali Russid Joanna Jablonowska Fundatrice Cvtus Leopoliensis, pro omnibus
quoque Fundatoribus & Benefactoribus Nostrorum Conventuum.

Patres & Fres Defuncti & praeterita dicta.

In Conventu Varsaviensi obijt in Domino Adm Rndus Pater Sa Theologid Lector
et Vicarius Gnalis Fr Hyacinthus Gremberski Fr Raymundus Witowski Conversus
Professus. Rndus Pater Augustinus Lechowicz Rndus Pater Ignatius Zbosthicz ex
in Conventu Varsav. Rndus Pater Paschalis Tomczykiewicz Fr Benedictus Dragin
Conv. Profess. In Conventu Targowicensi Rp Bonifacius Makuszewicz.

in Conventu

In Conventu Wielhoviensi Frater Andreas Wierzbicki. In Conventu Seniaviensi Cra-
cov. Dionisius Stajewski. In Conventu eodem Pater Antonius Dobrzycki Supprior. In
Conventu Verbonicensi Rndus Pater Josephus Mateikiewicz Supprior. In Conventu Tarnopo-
liensi Fr. Eustachius Kaliszewski. Ibidem Fr. Joannes Teichmowicz. In Conventu Wy-
sokoliensi Rndus Pater Alexander Rybczynski. In Conventu Lublinensi Fr. Cyprianus
Kwiatkowicz Clericus Diaconus. Ibidem Rndus Pater Gabriel Dulczewski. Ibidem Pater
Modestus Longawicz. Item in Conventu Leopoli Rndus Pater Franciscus Olszewski.

Praesentia quae de mea Persona, hic esse testor, Frater Thomas Hamadkiewicz Sacr.
Provincialis Provinciae Lituaniae Commissarius Visitator et Generalis Vicarius ex
Ordine et Apostolicus Congregationis S. Ludovici Bertrandi pro tempore moderne
Dicta.

Fr. Mathias Beczkowski Prior Conventus Wielhoviensis et Dicta mpp.
Fr. Ostasius Strutynski Vicarius Generalis Prior Conventus Carbovicensis mpp.
Fr. Casimirus Kozlowski Vicarius Generalis Prior Conventus Przemysliensis mpp.
Fr. Alexander Skoczewski S. Thae Lr. Prior Conventus Verbonicensis mpp.
Fr. Raymundus Jablonski Sac. Thae Lr. Prior Conventus Gorodensis mpp.
Fr. Stanislaus Stupecki Prior Conventus Wysokoliensis mpp.
Fr. Dominicus Lapia Sa. Thae Lr. Prior Conventus Tarnopoliensis mpp.
Fr. Eugenius Hastman Sa. Thae Lr. Prior Conventus Seniaviensis mpp.
Fr. Thomas Skauthier Sa. Th. Lr. Prior Conventus Lublinensis mpp.
Fr. Michael Ambrozewicz Prior Derespoliensis mpp.
Fr. Dominicus Slomski S. Th. Lr. Prior Conventus Wielhoviensis mpp.
Fr. Paphnucius Kosielecki Vicarius Conventus Leopoliensis mpp.
Fr. Thomas Turski Sa. Th. Lr. Vicarius Conventus Nedoroviensis mpp.
Fr. Nicolaus Wozynski Sa. Th. Lr. Prior Regiomontanus Secretarius Capitulimpp.

Dispositio Dictae Congregationis in eaque Congregationem Patrum circa Provisionem Adm. Rdorum
Patrum Lectorum Ordinatio.

Ubi perspeximus totum Statum Congregationis circa eamque fecimus mature Libratam
Ordinationem deveniendo ad Provisionem Patrum Lectorum, dum ex una parte habimus
prae oculis Paupertatem Conventuum pluralitate Personarum oneratorum, ex altera vero
injustam Patrum Lectorum Praetensionem, quod non attendentes ad dictam Paupertatem
praetendunt sibi praeter Annuam Provisionem ex Conventu solitam dari, et praeter duas
Missas sibi concessas, praetereaque Carbonam more practicato in Provincia Polona, idcirco prae-
senti Statuto mediante Congregationis authoritate roborato, decernimus et declaramus, ut sub-
latis his abusibus et totaliter delinendis pro gestis injustis praetensionibus, nec Patres
Lectores praetendere praesumant amplius et Conventibus sibi dari, nec Conventuum Supe-
riores eis tribuere audeant, supra id quod modo omnium judicio decernitur.
Nempe ex Provincia assumptis pro una quaque Anno habitum de materia Valgo dicta
Sztamet, Congregationis vero Alumnis et deinde eodem modo habitum de panno cum
necessarijs alijs, providendo Pileum, Calceamenta et operimenta inferiora, duas quo-
que Missas in Septimana liberas sibi habebunt, pro quibus Eleemosynam non ex Con-
ventu omnino in illa deficit, sed in Ecclesijs extraneis congruentes sunt, tam Alumni
Congregationis quam alieni e conducti Professores, hoc praecustodito quod quando
de Provincijs Conducti Professores, hoc praecustodito, quod quando de Provincijs conduc-
ti accedent, ad suae Provinciae nativae Conventus, Longe sitos, de Conventu illo, in quo
moraturi erunt debebit provideri Viaticum Congruum quod sufficere poterit pro ac-
commoditate in via et redeundo Lectore. Et haec dispositio quia ex mente est
Congregationis

Congregationum Patrum, et ut apud eos ad quos spectat firma et rata habeatur, inviolabiliterque semper observetur. Cum Sigillo Congregationis Manus proprias apposuimus. Datum in Conventu Werbkoviensi tempore dicta Die 23 July Anno Dñi 1748to.

(L.S.)

Fr. Thomas Stanisevicius Mgr Visitator Lith. Commissarius Gnalis ac Vicarius Congr. S. Ludovici Bertrandi Praeses dictae mpp.

Fr. Ladislaus Kowadowski Ex-Vicarius Gnalis Congr. S. Ludovici Bertrandi mpp.

Fr. Raymundus Jablonski Sacrae Thae Lr Prior Cntus Goniensis mpp.

Fr. Stanislaus Szypecki Prior Conventus Wysokoliensis mpp.

Fr. Thomas Mauthner Sa Thae Lr Prior Conventus Lublinensis mpp.

Fr. Cestaus Kmitynski Ex-Vicarius Gnalis Prior Conventus Czartoriscensis mpp.

Fr. Alexander Szystowski Sa Thae Lr Prior Cntus Varsaviensis mpp.

Fr. Dominicus Loupia Sa Th. Lr Prior Cntus Targoviciensis mpp.

Confirmationis Actorum ejusdem Dietae Nobis à Rndissimo Patre Mgro Gnali transmissae tenor est talis.

In Dño Filio sibi dilectis Rndo Adm Pri Vicario Gnali, caeterisque Patribus ac Fratribus Congregationis nostrae S. Ludovici Bertrandi Ordinis Praedicatorum.

Fr. Thomas Ripoll Sa Thae Professor, ac ejusdem totius Ordinis Praedicatorum humilis Mgr Gnalis et Servus salutem et Sanctae observantiae Zelum.

Quemadmodum Nostris Antecessoribus, ita et nobis praecipua semper Cura fuit, ut Congregatio Sancti Ludovici Bertrandi in Polonia, secundum primitivam Ejus institutionem in Observantia Sanctorum Constitutionum et Ordinationum Capitulorum Gnalium perpetuo conservetur, et cum defluxerit, ad rectam semitam reducatur: hinc est, quod postquam aut Superiorum Vacitantia aut Subditorum malitia, in eam plurima relaxationes irrepsissent, iisque omnibus Suisque eque versio ipsa obedientia fundamentum religiosae Vitae, violentis machinationibus, contra legitimos Superiores, cum gravi Scandalo intus et foris evanuisset, uti Vobismetipsis, apprime notum est, coacti fuerimus à Sexennio ad eam destinare Commissarios, ac Visitatores Gnales Viros probatae in gubernando dexteritatis, qui dissipatam observantiam revocarent, atque normam Religiosae Vitae in eam introducerent. Et quia Gratia Dei eorumque Cura et Vigilantia, haec Congregatio in meliorem statum, ut Ipsi nobis asseruerunt, reducta est, concessimus Vobis facultatem conveniendi ad Dietam in Conventu Werbkoviensi, sub Praesidentia A. R. Adm Mgri Commissarij et Visitatoris Gnalis, ac Vicarij Congregationis, Pris Thomae Stanisevicii quae die 23 July et sequentibus Anni currentis peracta est, cujus acta ad nos transmissa Nostraeque correctioni subjecta, diligenter perspeximus, et in primis ea proposito in eis Nobis tribus Subjectis pro munere Vicarij Gnalis, primum elegimus, cui Gubernium Congregationis vice nostra commisimus. Post autem usque adhuc clarae antiquae Subjectorum ad Gubernium habilium defectus, plurimum praejudiciosis Regulari observantiae, pro nunc omni meliori modo quo possumus Conventibus de legitimis providemus Superioribus et ad Peculiarem Instantiam Adm Rndi Pris Magistri Praesidis dictae, hanc serie Nostrique Authoritate Officij dispensantes in primis insolitis paternitatis eorum quibus ad hunc effectum nostra dispensatio necessaria fuerit, instituimus in Priorem Conventus Varsaviensis Rndum Prem Frem Stanislaum Szypecki, in Priorem vero Conventus Wysokoliensis Rndum Prem Frem Cestaum Kmitynski; reliquos vero tam Priores Conventuum quam Vicarios Vicariatuum in suis respective Officijs

continuamus

Continuamus usque ad subsequentem Dietam, Anno Domini 17[illegible] celebrandam, Sicque continuatos decernimus atque declaramus.

Vicariatus Leopoliensem et Sidoroviensem in formatos Prioratus eriginius tunc, quando secundum ~~quod commode sustentari poterunt~~ Constitutiones Apostolicas, et Nostras ita fuerint fundati, ut duodecim Religiosi ibidem actu assignati commode sustentari poterunt: ubi enim deest sufficientia pro commode sustentandis duodecim Religiosis, ibi observantia Regularis vigere non potest.

Quia cum inter Ordinationes in Actis factas, nullam invenimus mentionem communis depositi, ex cujus neglectu Conventus gravia ferunt damna, et bona communia dilapidantur, cum praejudicio Religiosorum ibi degentium, in memoriam revocamus id, quod jam alias saepius ordinatum fuit sub gravissimis poenis, mandantes ut in singulis Conventibus observentur leges communis depositi praescriptae in Sacris Constitutionibus distinctione 1ma Capite Titulo 7. litera H. et in praecipuis, In quolibet Conventu et domo designetur aliquis locus tutus et securus, qui depositum commune appelletur, cujus clavem semper habeat Prior vel Praesidens Conventus; in quo loco constituatur Arca fortis cum tribus seris distinctis, quarum claves habeant et singuli singulas, videlicet unam Prior, et alias duas duo Preo-Depositarij moribus et fidelitate probati, a Majori Parte Patrum a Consilijs ad hoc electi. Hoc depositum et Arcae, ubi defacto non sunt erectae, injungitur infra seme-stre a publicatione praesentium, ut dum Pater Vicarius ad Visitationem Regularem veniet inveniat erecta effective.

Praeterea Syndicus, Procurator et Sacrista sub poena Proprietarij ipso facto incurrenda nullas pecunias expendere audeant, nisi prius deportatae fuerint ad depositum, et inde sibi fuerint consignatae a Priore et depositarijs. Hinc singulis hebdomadibus vel mensibus Prior et Depositarij ad praedictum Depositum conveniant, quibus dicti Officiales, et alij ad quos rationes Conventus spectant, rationem reddant de perceptis hebdomada vel mense praeterita.

Constituatur etiam Liber magnus, qui in Arca Depositi custodiatur, lignum non extrahatur nisi in praesentia Prioris et Depositariorum; nec inde exportetur, nisi in Visitatione Regulari ad Cellam Vicarij Generalis, ut inde ratiocinia intueatur. In hoc Libro ex una parte scribantur omnia recepta dictorum Officialium, ita ut nihil omnino in Conventu recipiatur, quod in dicto Libro non scribatur. In alia vero parte referantur scilicet expensa, ut suo tempore ratiocinij constet fiat recepti et expensi, atque cognoscatur an bona Conventus recte fuerint administrata. In hoc Deposito Communi sub tribus clavibus asserventur Scripturae, Privilegia, Contractus, Instrumenta Fundationum, Literae Apostolicae et Magistri Ordinis, Liber Professionum Fratrum, et omnia Jura ad Conventum pertinentia. Ut autem has Leges depositi Priores et Praesidentes inviola-biliter observari faciant, injungitur eis sub poena absolutionis ab Officio; et oneratur Conscientia Superiorum in Visitatione Conventuum, ut invigilent sedulo circa observantiam harum Legum. Et ultra sub poena absolutionis ab Officio mandatur Prioribus et Praesidentibus, ut conficiant spatio unius Anni Inventaria rerum tam mobilium, quam Immobilium Conventuum, atque in Deposito Communi custodiant.

Constituendus itaque est liber, in quo breviter conscribatur index, seu Inventarium Primo Omnium Privilegiorum et aliarum Scripturarum, ~~et Censualium~~, pertinentium ad fundationem et statum Conventus. Secundo Scripturarum pertinentium ad annuos reditus frumenti et aliorum fructuum. Tertio Scripturarum Censualium perpetuorum et Censualium Temporalium per ordinem mensium cum suis signaturis, ut facile Scripturae inveniri possint. Quarto Omnium Bonorum quae reperiuntur in Ecclesia, Sacristia, et qualibet Officina Conventus, ex quibus Inventarijs mox reco-pilatis, detur transumptum cuilibet Officiali talis Officinae subscriptum a Priore, Depositarijs, et Officiali illius Officinae.

Insuper

Insuper Prioribus sub pœna Absolutionis ab Officio & pœna furti ipso facto incurrendis prohibitum esse, ne exerceant Officium Syndici, Bursarii aut Procuratoris cujuscunque Conventûs.

Admonemus etiam Priores, & Præsidentes Conventuum, ut qui ad Observantiam alios adstringere tenentur, se ipsos præbeant in exemplum; dumque suos subditos à Vita Regulari deviasse ~~in arbitrariis, & exorbitantibus~~ deprehenderint, eos non verbis imprecatoriis, & duris, sed Charitative admoneant, puniantque non arbitrariis, & exorbitantibus, sed pro qualitate defectuum a legibus præscriptis pœnis ad disciplinam Claustralem reducant, se charitativos exhibeant Subditis pro eorum Indigentia, & Conventuum possibilitate de necessario victu, & vestitu providendo, ne Fratres floccis cooperiantur, ipsi vero Priores pretiosis induantur vestibus. Specialem gerant curam Infirmorum tantopere in Constitutionibus Nostris Superioribus commendatam sub pœna suspensionis ab Officio. Illis necessario inculcatis.

Acta supradicta approbamus & Confirmamus, quæ cum præsentibus in omnibus Conventibus publicari & observari mandamus, injungentes eorum R. P. Vicario ejus Conscientiam in diem Domini aggravantes, ut omnia a Superioribus Conventuum in effectum deduci faciat. Ceterum omnibus & singulis Paternam Nostram Benedictionem impertimur In Nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti Amen. Quibuscunque In quorum fidem. Romæ in Conventu Nostro Sᵗᵃ Mariæ super Minervam Die 18. Septembris Aᵒ 1745.

Fr. Thomas Ripoll
Mgr Ordinis.

L.S.

Registr. pag. 35.

Fr. Emericus Laugenwalter
Mgr & Socius
mpp.

In DEI Filio sibi Dilectis Patribus et Fratribus ac Soro-
ribus Ord[inis] Fratrum Prædicatorum.

Fr. Thomas Rippoll.
Sacræ Theologiæ Professor.

Ejusdemq Ordinis Universi humilis Magister Generalis
et Servus Salutem in Dño et perennem in Sanctis ejus Exul-
tationem.

Quam Votis Omnibus a Deo Optimo Maximo jugiter flagita-
vimus ut Canonizationis Beatæ Catharinæ de Riccis Virginis
Ordinis Nostri Causam iam diu A Nobis Susceptam ad Op-
tatum exitum deduceremus, id Divina labores et Conatus Nostros
benedicente Clementia novissime Consecuti Sumus Faustissima
ac Monumentis Nostris perpetuo Consecranda Die 29 Junij
proxime elapsi qua Supremos militantis Ecclesiæ honores a Ssmo Dno
Nostro Benedicto XIV. P. O. M. Prælaudatæ Virgini Solemni Ritu
decretos Vidimus, tanta inde Concepta Animi exultatione ut Omnem
Supergrediar Verborum Explicationem. Servatam Nobis jam ætate
longævis in Suprema Vitæ parte hanc Ordinis gloriam, atq faustitatem
Sanctissimo Parenti Nostro Dominico Cujus Vices immeriti ge-
rimus effusè gratulati Sumus, egimusq non Sine lachrimis pro immor-
tali beneficio Divinæ largitati humillimas gratias, quas intime
pietatis Sensu a vobis itidem redditas, atq impensius deinceps referen-
das minime dubitamus. Rem Autem Vobiscum non Antea Commu-
nicavimus, ut quæ ad ejusdem Canonizationis Solemnia Consecuta
Sunt Apostolicæ Sedis erga Nos beneficia una Epistola Complecte-
remur. Primo igitur SS. Dnus Noster Benedictus Papa XIV. Offici-
um proprium Sanctæ Catharinæ de Riccis jussu Nostro Compo-
situm Apostolico Rescripto benignè approbavit atq ut Cætera O. N.
Nostri Officia Sub Ritu totius Duplicis Cum Octava Simplici in Uni-
verso Ordine Celebrari Concessit. Illud autem prælo Commissum
incunctanter Vulgari Curavimus.

2do Quo tempore in Ecclesijs tum Fratrum tum Sororum O. Nostri
Solemnia Canonizationis præfatæ celebrabuntur. Fidelibus Omni-
bus utriusq Sexus Ecclesias Nostras Visitantibus Indulgentiam
Plenariam per Suas literas in forma brevis, quarum Exemplar
ad Vos transmittimus, largitus est.

3tio Similibus quoq literis perpetuis futuris temporibus Indulgen-
tiam Plenariam Christi Fidelibus Anniversaria Die Sanctæ
Catharinæ de Riccis Sacras Ecclesias Nostras Visitantibus im-
pertijt.

4to Prædecessorum demum Suorum erga Familiam Nostram
largitatem æmulatus

largitatem cumulatus SSmus Pater beneficentiæ suæ argumenta ti cumulavit Apostolico rescripto sub die xix. Julij proxime præterriti quo Nobis et Religiosis Omnibus utriusq Sexus Ordinis Nostri Indulgentias Plenarias concessas voluit alias a Romanis Pontificibus occasione Canonizationis alicujus Sancti Ordinis nostri benigne collatas, Porro hujusmodi Indulgentiæ sequentes sunt.

1mo Magistro Ordinis quinquies Mille quas possit ipse distribuere, alijsve distribuendas committere.

2do Singulis Provincialibus, ac Vicarijs Congregationum quadringentas quas ipsimet per se distribuant.

3tio. Singulis Conventuum Nostrorum Prioribus seu Vicarijs in Capite ducentas per ipsos distribuendas.

4to Unicuiq O. N. Professori, seu Fratri, seu Sorori etiam Tertij Ordis intra Italiam centum extra Italiam ducentum ab ipsis quoq distribuendas.

5to. Fidelibus utriusq Sexus Consodalibus Confraternitatum SS. Nominis Jesu et Rosarij unam pro singulis.

6to Cuilibet O. N. Parocho in Partibus Indiarum, qui Sacramenta ministrant Indis recenter ad Fidem conversis, ut cuilibet eorum, nunc viventi unum ex his Indulgentijs unum impertire possit.

His igitur ex Ecclesiæ Thesauro cumulati Spiritualibus donis par est, ut quod possumus ac debemus gratulationis lætitiæq Nostræ argumenta publica significatione exhibeamus. Qua propter harum serie Nostriq authoritate officij Superioribus Omnibus Provinciarum, Congregationum, Conventuum Monasteriorum O. N. committimus, ac præcipimus, ut in singulis Nostris Ecclesijs solemnes aliquod dies Festos in Honorem S. Catharinæ de Riccis instituant, ac celebrari curent quo eximia atq immortalia tantæ Virginis merita populis innotescant, ejusque in Ecclesia cultus ac Veneratio late promoveatur.

At Vobis autem Dilectissimi Fratres Paternæ Solicitudinis jure poscimus ac flagitamus, ut sedulo cogitetis inprimis ac statuatis nullum esse officij genus Sanctorum Solemnitatibus rite celebrandis aptius et Sanctis ipsis magis accep tum quam præclara eorum Vitæ gesta velut meliora charismata ad imitandum Nobis proposita diligenter ac fideliter æmulari. Date igitur operam, ac satagite, ut quæ Catharinæ de Riccis, Solemni Pompa Ritu q populis suspicienda ac celebranda exhibebitis documenta Virtutum, vitæ Vestræ similitudine referatis

dine referatis. Indecora quippe res est ab ijs quos eadem Familia instituit, ac Cœlo Beatos intulit, degeneres moribus et Conversatione videri, nec ipsorum proficere Exemplis, quorum gloriamur triumphis. Valete et SS. D. N. Benedictum Papam XIV cuj prd Cœteris in Nos Collatis Beneficijs auctum Sanctorum Numero Familiæ Nostræ decus perpetuo debebimus. Nos q Cum Socijs in Sacrificijs et Orationibus Vestris jugiter Commendatos habete.

Datt: Romæ in Conventu Nostro S. Mariæ Super Minervam Kall. Septembris. M.D.CC.X..L.VI.

Fr Thomas Ripoll
Mgr Ordinis.

Reg. Pag. 18.

Fr Emericus Langenvalter
Mgr et Socius mpp

Hæc Sunt Patres et Fratres in Christo Dilectissimi quæ Vobis Recommendanda Romæ accepimus. Quare utriq Negotio juxta mentem Rdissimi Magri Glis Satisfacere Satagite. Et quidem primo Animæ Serenissimi Hispaniarum Monarchæ per injuncta Vobis a Rdissimo Mgro Gli Suffragia, quam totius Succurrere conemini. Quibus Suffragijs etiam Animas Fratrum nostrorum Commendamus, qui expleto Vitæ Cursu, ultimum Suum diem post prælectam dietam in Domino obierunt. Scilicet Pr Calixtus Sosnowski in Conventu Wielkoocensi. Pr. Thimotheus Weyrach in Cntu Werkoviensi Fr Andreas Szeprowicz Conversus Professus in Conventu Leopoliensi Fr. Marianus Lapinski Conversus Professus in Cntu Sidoroviensi. Fr Joannes Stachurski Conversus Professus in Cntu Czartoriscensi Fr Philippus Zacharyasiewicz Clericus Professus in Cntu Wielkoocensi pro quibus Solita in Nostra Congregatione Suffragia Commendamus.

Quod vero Concernit Canonizationem Divæ Catharinæ Ricciæ ejus promulgationem quam Solemnissimam facere Curate pro modulo egestatis et Paupertatis unius cujusq Cntus. Spero tamen quod hæc Divinissima Virgo, in Suo desit honori Corda Benefactorum Cultui Suo devotiora, ad Contribuendos Sumptus declinabit et largiores Elemosinas ad id Necessarias, provideri à Divina Majestate impetrabit, dummodo etiam Nostrum Studium, indefessam promovendi Cultus Sui Curam et Sollicitudinem expediat.

Adiungimus huic Encyclicæ Nostræ etiam Taxam quam pro Sumptu ad duos Studentes Venetias ex Gratia Rdissimi Magistri Glis mittendos Necessario, una Cum Adm Rndis Patribus Exvicarijs Glibus in Nuperrimo Nostro Congregationis Consilio, ordinavimus ut Sciat Unusquisq Conventus quam pro Rata Solvendam sibi erit vel pecuniam vel proxima

vel proxima Occasione Nobis transmittat vel pro Nostro Adventu para tam reservet. Contribuent itaq[ue] Aureos. Cntus Varsaviensis 3. Lublinensis 2. Premyslanensis 4. Czartoriacensis 4. Sidoroviensis 3 Sorensis 2. Wisokoliensis 2. Sieniawiensis 4. Targovicensis 4. Winkoviensis 3. Leopoliensis 2. Terespoliensis 3. Wielkaocensis 2. De quorum Expensis Deo dante post suum regressum dicti Fratres Studentes, tenebuntur Congregationi reddere Rationem.

Postquam itaq[ue] hæc Omnia Vobis Commendata fecerimus Paternam Nostram Vobis Benedictionem impertimur. In nõne Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen. Mandamus autem et sub præcepto formali præcipimus ut præsentes Encyclicæ ad Mensam Refectorij publicatæ et transcriptæ ac a Patribus Supprioribus vel eorum Vicarijs Subscriptæ, per Certam Occasionem ad Cntus proximiores juxta Ordinem Cursoriæ infra expressum sine ulla mora transmittantur, alias illorum in transmittendo negligentiam apud quos diutius manserint Severius admonebimus.

Decreta Indulgentiarum tam pro Solemni Canonizationis promulgatione quam pro ipsa Solemnitate S. Catharinæ de Riccis a SS. Dño nro Benedicto XIV emanata postquam typo fuerint expressa ad unumquemq[ue] Conventum brevi transmittemus. Et quia Cntus nostri in Varijs Diœcesibus Siti sunt, Ideo unius cujusq[ue] Cntus Superior ab Illmo suo proprio Loci Ordinario vel ejus Vicario Approbationem prædictorum Decretorum Obtinere Curabit. Valete in Dño qui Vobis Sanctarum Imitationem tribuat ut hujus Sanctæ nostræ Virginis Cujus laudatores estis etiam Imitatores Sitis, Sicut et illa Imitatrix fuit Xsti, Ita ut Cujus Sñæ gloriosum intuemini exitum, imitemini non fidem tantum sed et alias heroicas virtutes, quibus illa ad hanc gloriæ pervenit Apotheosim, olim simul cum illa futuri Cives Sanctorum, et Cohæredes Dei. Nostriq[ue] in Orationibus Vestris Sitis memores.

In quorum Fidem his Sigillo Officij nostri munitis manum propriam apposuimus.

Datt. in Cntu nostro Fratr. Varsaviensi S. Mariæ de Victoria et S. Stanislai Eppi et Mart. Ao Dñi 1746 d. 22. 7bris

Conservus in Dño

Fr Alexander S. Thliæ Lr

Vicarius Glis Cong. S. Lud. Bert.

Idem qui Supra

mpp

Reg. Pag 42

Fr Hilarius Pomian

S. Thæ Lr. Officij Vicarialis

Socius et Secretarius.

mpp

18

Fr Allexander Szystowski S. Th. Lr Vicarius Generalis Cong: S. Lud: Bert: in Polonia Ord. Praedm

In DEO Filio sibi Dilectis AA: RR Patribus Exvicarys Prioribus Praesidentibus, Vicarys Conventuum ejusdem Cong: et Ord. Salutem.

Post emensum trienalis officy Vicarialis cursum et post expeditam solita praxi (disparibus licet vocalium votis:) dietam in anno quondam 1748. Sicut serenum post tenebras affulsisse phoebum ita faustum nobis post angustas et pericula viarum censuimus adfuisse diem, dum gravaminosum hujus officy deposuimus pondus, hinc optabamus pacifica frui quiete, nulloque prorsus jam ultra ominabamur fungi officio, aot post tam diuturnam in ordine obtinendam resolutionis a Rssmo expectationem, contrarius nostris votis obviavit eventus, siquidem preter omnem spem et cogitatum. Iterum Iterumque hocce ipsum servile jugum humeris nostris est impositum, quo coacti sumus post gregem sodalium almae Congregationis Pastoris incedere passu, varysque concuti et angi passionibus Quia ergo sic voluere Deus et disposuere Majores. Non minima volentes huic contraire mandato, confisi in Dno resoluti fuimus, acceptare hoc onus, praesentibus nonnullis Fratribus in Contu Premyslaviensi D 8 Novemb. 1749 Tenebamur quidem hanc Confirmationem Mox eo tempore promulgare per Encyclicam sed quia nondum habuimus ad manum Confirmationem Actorum Dietae, ideo differri ausi fuimus Nunc dum actu possidemus omnem Rndssmi Patris Magistri dispositionem pro nostra Congregatione factam vestris etiam animis illam notificare de presenti Conamur. His sequentibus

In DEO Filio sibi Dilecto Adm Rndo Patri Lr Fri Allexandro Szystowski O.P.
Fr Antoninus Bremond Sa Thgia Professor ac ejusdem totius Ord. Praedm Humilis Magister Glis et servus Salutem.

Congregationis Nrae S. Lud Bert: in Polonia Vicariatum ad terminum inclinare comperientes graviores PP. de Novo Vicario et Pastore suo Soliciti et secundum Congregationis morem in nuperna Dieta Congressi, inter tres nobis propositos etiam te nominarunt, Cujus probitatem, Religiositatem, et regendi maturitatem, abunde experte sunt. Nosque ut te Aerato Cong: praedicta Vicarium Generalem instituerimus et Confirmaremus humillime flagitarunt, Nosque Ipse eorum petitioni annuentes et libentius quo tuam in eadem Praefectura et Munere, prudentiam, observantiae Regularis Zelum, morum integritatem, atque regendi dexteritatem, trienali experimento habemus Compertissimam. Harum serie Nostrique authoritate Te Adm Rndum Prem Lectorem Frem Allexandrum Szystowski, absolventes prius ab omni vinculo Excomunicationis, aut quovis alio impedimento Ecclesiastico si quo forte impeditus existeres ad presentium duntaxat effectum rite consequendum damus instituimus et Confirmamus Teque datum institutum et Confirmatum declaramus Vicarium Glem Cong S. Lud: Bert: in Polonia, ad aliud consuetum triennium cum omni et in omnes dictae Cong: personas, potestate et authoritate, ac in Spiritualibus et temporalibus jurisdictione qua Caeteri in Ordine Nro legitime instituti Vicary Gles potiri solent et debent, Praecipientes tibi in Virtute Spiritus Sancti. et S. Obedientiae sub Formali Praecepto ut hoc Vicariatus Glis officium pro tempore consueto denuo in te suscipias.

illudque

Illud q[uo]q[ue] ad Commune Cong[regation]is bonu[m], et ad magis Regularis observantiae Incrementu[m] vigilantissime ad implere satagas. Sub eisde[m] Praecepti F[ormalis] mandamus rigore omnibus curae nostrae subiectis et ad dicta[m] Congregatione[m] quovis modo pertinentibus, ut te tanq[uam] legitimu[m] suu[m] Vicariu[m] G[enera]lem, Caput et Pastore[m] reverenter agnoscant, tibiq[ue] in omnibus Religiose pareant et incunctanter obediant. In Nomine Patris et Filij et Sp[irit]us S[ancti] Amen. Quibuscunq[ue] in Contrariu[m] non obstantibus. In quoru[m] fidem has propria manu subscriptas sigillo officij nostri muniri jussimus. Romae in Con[ven]tu N[ost]ro S. Mariae super Minerva[m] Die 7 Juny 1749.

Fr Antoninus Bremond
Mgr Ord[inis]

CLD

Reg: Pag 44
Fr Emericus Largenvalter
Prov[inci]ae Daciae Mgr et socius

Acta Diaetae seu Capituli FF. Cong: S. Lud Bert: Ord[inis] Praed[icatoru]m in Con[ven]tu Czartorycensi sub Praesidentia Adm[odum] R[everen]di ac Eximij Patris, Sacrae Th[eolog]iae Lectoris et Actualis Vicarij G[enera]lis Fr Allexandri Szystowski ejusde[m] Cong: A[nn]o 1748 7. 7bris Congregatoru[m]

DENUNTIATIONES.

1mo Denuntiamus ad locu[m] et diem ut supra Convocatos fuisse omnes PP. Priores et Praesidentes Conventuu[m] hujus nostrae Cong[regatio]nis vigore tu[m] antiquae et nunq[uam] interruptae praxis hujusmodi Congressus quolibet triennio celebrandi tu[m] Confirmationis actoru[m] proximae praeteritae nostrae Diaetae |: inter cujus petitiones fuit Praesidens actus |: a pie defuncto R[everendissi]mo P[at]re Mgro G[enera]li nobis facta.

2do Denuntiamus quod Adm R[everen]dus P[ate]r Vicarius G[enera]lis adhoc ut iste actus debito Consuetoq[ue] Ordine curreret cu[m] Consensu Omniu[m] PP. Congregatoru[m] assumpsit in Secretariu[m] Capituli Adm R[everen]dum Patre[m] S. T. Lectore[m] Priore[m] Sieniaviensem Fre[m] Eugeniu[m] Hartma[n] et ad Cognoscendas dirimendasq[ue] Forte obvenientes querelas electi sunt Judices.

1mus Reverendus P[ate]r Stanislaus Stupecki Prior Con[ven]tus Warsaviensis
2dus R[everen]dus P[ate]r S. Th. L[ecto]r Fr Joachimus Ieszki Prior Con[ven]tus Wysokolicensis
3tius R[everen]dus P[ate]r S. Th. L[ecto]r Fr Thomas Mautner Prior Con[ven]tus Lublinensis
4tus R[everen]dus P[ate]r S. Th. L[ecto]r Fr Dominicus Stomski Prior Con[ven]tus Wielkoocensis

3tio Denuntiamus Quod supposita |: ob Causas supra assignatas |: ratihabitione praesentis actus a Moderno nuper electo Deoq[ue] auspice Felicissime toti N[ost]ro Ordini Imperante R[everendissi]mo P[at]re Mgro Antonino Bremond impetranda elegimus Voto Consultivo Fres s[ecundu]m antiqua[m] praxim Candidatos pro officio Vicariatus G[enera]lis hujus Nostrae Congregationis Ejsd[em] R[everendissi]mo Mgro G[enera]li praesentandos atq[ue] adhoc Sp[irit]us S[ancti] afflatu |: Cujus ope[m] permissa Votiva prius imploravimus |: dignos reperimus sequentes

1mu[m] Adm R[everen]du[m] P[at]re[m] S. Th. L[ecto]r[em] Fre[m] Allexandru[m] Szystowski Moderniu[m] Vicariu[m] G[enera]lem qui cu[m] essent Electores 14. habuit Vota 8.
2du[m] Adm R[everen]du[m] P[at]re[m] S. T. L[ecto]rem Fre[m] Raymundu[m] Jablonski Priore[m] Targovic[ensem] Qui habuit Vota 11
3tiu[m] Adm R[everen]du[m] P. S. T. L[ecto]rem Fre[m] Eugeniu[m] Hartma[n] Priore[m] Sieniavien[sem] Qui habuit Vota 8

4to Denuntiamus Eidem Paterno arbitrio ejusde[m] R[everendissi]mi Patris Mgri G[enera]lis propositos et a nobis recomendatos esse velle sequentes Conventuu[m] Superiores.
Pro Conventu Varsaviensi ad Capella[m] Moschovitica[m] Adm R[everen]du[m] P[at]re[m] S. Th[eologi]ae Lectore[m] Fre[m] Allexandru[m] Szystowski nisi pro 2do fuerit Triennio Vicarius G[enera]lis.
Pro Con[ven]tu Pratislanensi R[everen]du[m] P[at]re[m] Michaëlem Ambroziewicz Priore[m] Terespoliense[m] nunc post obitu[m] R[everen]di P[at]ris Damianu[m] Drochelski S. Th. L[ecto]r[em]
Pro Con[ven]tu Czartorycensi Ad[m] R. P. S. T. L[ecto]rem Eugeniu[m] Hartma[n] Priore[m] Sieniaviense[m].
Pro Con[ven]tu Sieniaviensi R. P. S. T. L[ecto]r[em] Dominicu[m] Stomski Priore[m] Wielkoocense[m].
Pro Conventu Terespolien[si] R. P. Stanislau[m] Stupecki Priore[m] Varsaviense[m].
Pro Conventu Wielkoocen[si] R. P. Vincentiu[m] Deleczycki.
Conventus Gorensis Wysokoliensis Targovicensis et Sydeviensis habent adhuc suos Priores qui suu[m] Consuetu[m] Trienniu[m] nondu[m] finierunt, quod Postq[uam] finiverint significabitur R[everendissi]mo P[at]ri Mgro G[enera]li ad d[isp]onendu[m] de illis. Pro Magistro Novitioru[m] Sieniaviensiu[m] Venerandu[m] P[at]re[m] Fre[m] Augustinu[m] Mitkiewicz.

Pro studio nostro Gli Varsaviensi preponimus in Professore primarium Rdum Prem Frem Hyacinthum Kuklinski in Secundarium R.P. F. Felicem Solarski de Lectore Phiae Providebit officium Vicariale.

5to Denuntiamus Quod propter Numerositatem Studentium et paucitatem proventuum Contus Varsaviensis omnes sustentare non possit, Renovatum eum anteriores Concessiones Studium in Contu Lublinensi Theum. et Phum. unumquodque cum Uno Lectore ab Adm R.P. Vicario Gli instituendo.

6to Denuntiamus Frem Reginaldum Bedzinski propter Continuas Vagationes, fugas et Apostasias pridem meruisse pœnas perpetuas v. ejectionem de Ordine quia tamen post septem mensium Carcerales mortificationes Specimen exhibet sincerum Emendationis et a suo Superiore habet ad Congregatos Patres bonum hujus testimonium ideo nos spem adhuc habentes in Pre Misericordiarum Deo pro Ultima vice præfatum Frem, a pena Carcerati absolvimus atque Dejunium in pane et aqua pro qualibet feria 6ta in perpetuum cum disciplina Circulari in penitentiam eidem injungimus ita tamen quod si una adhuc solaque vice imposterum in fuga v. alio gravi excessu deprehensus fuerit absque ulla spe relaxationis formato processu decreto perpetuo Carceri Mancipetur

7mo Denuntiamus unanimi Consensu pro Filio Congregationis nos acceptasse Venerandum Pre Frem Joannem Kalikiewicz utpote a Rssmo nuper defuncto Pre Mgro Gli Ord. Congregationi Nrae Incorporatum

8vo Denuntiamus pro Futuro Capitulari Congressu (si Rssmus Pr Mgr illum nobis dabit) designasse Conventum Targovicensem

DECLARATIONES

1mo Declaramus quod habita ratione et Commiseratione super Conventus nostri Gorensis paupertate Unanimi PP. Consensu, Eidem Conventui adjudicatum est peculium Triginta Ungaricorum, relictum post Obitum Fris Hyacinthi Strzelecki ita tamen ut nequaquam ad usum alium quam ad solvenda Urgentia debita quibus in magna copia Conventus est obrutus

2do Declaramus quod Fres qui saltim quater per spatium Anni publice scandalose inebriasse se Convicti fuerint preter poenas positivas severissime illis infligendas perpetuo infames existant NB

CONCESSIONES

1mo Concedimus Conventui Varsaviensi Quod antiquos Codices Gallici et Italici idiomatis quorum propter Linguarum hujusmodi ignorantiam nullus in hoc Contu usus est fructus, liceat tales Codices cum alijs Usui et Utilitati Frum servientibus mediate v. immediate Commutare sic tamen ut a Viro aliquo Linguarum et scientiarum gnaro pretium eorum taxetur antequam commutentur

2do Concedimus Conventui Lublinensi vendere portionem lapideam Tesnaroviciam Sibi Competentem pro summa florenorum quingentorum quos mandamus ad usum perpetuo duraturum et non ad sustentationem Frum converti.

3tio Concedimus Conventui Targovicensi acceptare prout nos nunc acceptamus summam Mille florenorum a Mgfico Dno Joanne Drzewiecki illi Conventui legatam adhoc ut ex Censu annuo Certis diebus ad altare S. Josephi in hac Nostra Ecclesia existente lampas ardeat Sedulo tamen Curet et Laboret Rdus Pr Prior loci, quatenus Summa hæc, ita Cautelocetur ut perpetuo fructu, ac Censu ad dictam lampadem alendam neario nunquam privetur

ORDINATIONES

1mo Ordinamus seu potius in memoriam revocamus tum plures alias tum hanc Ordinationem ut Superiores Conventuum Fres Fugitivos non recipiant aliter, sive sint ex Filijs Congregationis sive ex Provincijs Nisi ad Carceres et qui aliter facere præsumpserint ab officio absolvatur.

2do Ordinamus ut ex Conventu ubi vigent Studia Nullus Præsbiter ad alium transferatur nisi in Uno saltim examine Capax inventus fuerit ad sacras Xti fidelium audiendas Confessiones ad legitimo hujus rei testimonio.

3tio Ordinamus quod Nunc et in posterum Nullus superior Conventualis finito suo officio si debita aliqua pro suo Conventu Contraxit possit se transferre ex hoc ad alium Conventum etiam pro quocunque officio nisi prius debitores pacificaverit et pecuniam suo successori quantum possibile est possessionem relinquat Ita ut qui hoc facere renuerit incurrat supellectilis suæ arestationem a superiore seu successore et Caetg. Civitate exequendam, Nec

Vectura aut viatico detur, supellexque ejus sub fideli maneat ditentione quousque offi cium Vicariale de ea aliter non dispendaverit.

4to Ordinamus et inviolabiliter in posterum servari volumus ut quicunque Superior Conven tum suum debitis Oneraverit etiam cum Consilio PP. nisi urgentissimis de causis et in summa necessitate, talis si ad luxum vel obsadia regendo negligentia, hac onera Contui imposuisse deprehenderetur absque ullo respectu ab officio ab Adm. Rdo P. Vicario Gli adhibito Consilio duorum Priorum Viciniorum absolvatur, cujus rei gratia rogamus Rssmum Prem Mgrum Rem ut hanc facultatem Priores absolvendi præfato officio Vicariali concedat cum non raro contingat quod Superior vel ut gulæ suæ et ventri famuletur vel ut nomen generosi atque politici dotium ationemque apud stupidum saeculum acquirat, dotes pauperculas Comuni tatis in luxu et ostentatione suæ magnificentiæ contra expressa summorum Pontificum decreta consumat ac postmodum, dum non suppetit unde Civitas vel parce sustentetur, venitur ad contrahenda debita sub titulo extremæ necessitatis atque ita durissimo Conventus supponitur Oneri et succedentes Superiores insupportabili Creditorum molestia cruciantur

ADMONITIONES.

1mo Monemus omnes Conventuum Superiores serio ut memores suæ obligationis invigilent diligentissime supra vitam et Conversationem suorum subditorum excessus eorum severe simul et paterne corrigere nunquam omittant et vitiis inveteratos sine magna necessitate ad Conversandum cum Saecularibus non admittant.

2do Admonemus eos ad quos spectat ut ordo Divini cultus a prædicto Pre Commissario et Vicario Gli optime introductus et hucusque ut cunque servatus non permittatur palatim deficere precipue quo ad supplicationes coram SSmo in Pixide exposito post Miss. Rosarium fieri solitas

3tio Admonemus Superiores ut memores legum Nostrarum circa depositum Comune servandarum caveant a transgressione earum, sedulo modo serventur sic nullus permittat aliquid horum etiam minimum jota oblivione perire.

PROHIBITIONES.

1mo Prohibemus ut nullus Superior Conventualis Frem aliquem ex suo Conventu ad alium Conventum assignatum expediat, nisi realiter exsoluto Vestiario et Concreto viatico glb 6. pro uno milliari computando

2do Prohibemus ejusdem strictissime ne aliquis eorum audeat suscipere aliquem ad habitum clericalem nisi tales in quibus aperta spes est frugis, et emolumenti in statu Presbiterali aliquid faciendi, pro perpetuo autem clerico deinceps aliquod albo scapulari vestire omnino sit prohibitum.

3tio Prohibemus susceptionem et in Conventibus Nostris detentionem Frum aliarum Provinciarum, nisi expressus adsit super hoc Assensus ARP. V. Glis

4to Prohibemus Rndo Pri Priori Syderoviensi ne diutius in suo Conventu detineat et conservet duos fugitivos FF. unum de Provincia Polonia P. Frem Stanislaum Kulikowski alterum de Provincia Russia P. Frem Jacobum Lebedzinski. Quorum uterque pessime a suis Cohabitantibus ad Modernum Congressum et ab ipso suo Superiore et aliunde depictus unus :/ nullam affiliationem habet, alter habet sed non est acceptata adeoque mandamus Reverendo Præfato P. Priori quatenus ipsos ad suas Provincias expedire non differat.

PETITIONES

1mo Petimus et enixe rogamus Rssmum P. Mgrum Glem Ordis quatenus dignetur unum ex propositis a Nobis Candidatis Congregationi præficere illum nempe ad quem Spiritus S. gratia Cor ejus Paternum inclinabit

2do Petimus, ut Congregationem Nram sub alis suæ Paternæ ~~Congregationis~~ Protectionis Rssmus Pr Mgr Gralis habere velit, conservatam, tam in toto quam in parte precipue ne patiatur Conventum Werkowiense a suo nativo Corpore Congregationis Nræ abscindi, nisi in eo casu quo PP. Provinciæ Litovanæ alium nostræ Congregationis Conventibus viciniorem et in religiosis Equivalentem dare vellent.

3tio Petimus acceptari pro Conventu Praszkovensi summam Floren: 6 Millium ab Illustrissimo Reverendissimo Domino Samuele de Ossa Ożga Episcopo Kyoviensi dicto Conventui legatam pro perpetuis Missarum obligationibus nempe Missis Cantatis quatuor Lectis autem per Annum septuaginta.

4to Petimus acceptare summam quingentorum Florenorum per Magnificum Dnum Joannem Drewiecki Conventui Tangoviensi applicatam pro quatuor Missis quotannis Celebrandis

5to Petimus concedi facultatem Adm Rndo Pri Vicario Glli privandi albo Scapulari et induendi Nigro Frem Valerianum Longiewicz et Frem Thomam Kattowski propter indignam ipsorum et absolutam vitam.

6to Petimus dispensari in interstitijs cum Rndo Pre Lectore Priore Contus Lublinensis Fre Thoma Mautner et cum Rndo P. Fre Fausto ~~Boc~~ Boczkowski Priore Conventus Werkoviensis Primum in 2do Triennio Prioratus in eodem Contu. 2dum in quarto Triennio Prioratus in praefato Conventu Werkowiensi quorum Continuatio officij in eodem Conventu PP. Congregati justis de Causis visa est Necessaria

7mo Petimus dispensari in poenis privativis Cum P. Fre Norberto Barecki et P. Lectore Fre Francisco Barylski quorum Singuli a suis localibus Superioribus bonum habent Religiosae Conversationis testimonium.

SUFFRAGIA VIVORUM

Pro SS. Domino Nostro Papa Benedicto XIV Pro Eminentissimo Collegio Cardinalium Pro Serenissimo Rege Poloniae Augusto III et Regia Familia. Pro Illmis Episcopis In quorum Diaecesibus Nostri Conventus degunt, Pro Rndissimo Pre Mgro Gli et Statu totius Ordis Pro Fundatoribus et Benefactoribus Conventuum Nostrorum omnibus et Singulis.

SUFFRAGIA MORTUORUM.

Pro Reverendissimo Pre Mgro Gli Ords. Thoma Rippol, Pro animabus Fundatorum Benefactorum Fratrumque et Sororum Ords Nostri.

Fratres post praeteritam Dietam in Congregatione defuncti.

In Conventu Czartoriensi Adm Rdus Pr Fr Ceslaus Struzinski Exvicarius Glis.

In Conventu Wielkoocensi Rndus Pr Fr Calixtus Sosnowski Supprior.

In Eodem Fr Philippus Zachariaszewicz Cler. Profess: et Fr Bartholomeus Trzcinskowski Conver Profess:

In Conventu Wysokolensi Fr Ludovicus Kwiatkowski Conversus Professus.

In Contu Premislaviensi Venerandus Pr F. Longinus Polanski et Fr Gaspar Conv: Profess.

In Contu Lublinensi Veneran: Pr Fr Victorinus Kloniczenski et Fr Martinus Jablonski Conversus

In Conventu Werkoviensi Venerandus Pr Fr Thimotheus Weyrauch

In Conventu Siderowiensi Fr Marianus Lapinski Conv. Prof.

In Conventu Leopoliensi Fr Andreas Szafarowicz Conv: Prof. et Fr Hyacinthus Strzelecki Conv: Professus

Fr Casimirus Rzewadowski Exvicarius Glis Prior Premisliensis
Fr Stanislaus Supecki Prior Contus Warsaviensis mppa
Fr Raymundus Idzarski Prior Contus Gorensis mppa
Fr Joachimus Jeski Lr Prior Contus Wysokoliensis mpp
Fr Faustus Boczkowski Prior Contus Werkoviensis mpp
Fr Raymundus Jablonski Lr Pr Contus Tangoviensis mppa
Fr Augustinus Luszczynski Prior Contus Czartoriensis mpp
Fr Thomas Mautner Lr Prior Contus Lublinensis mpp
Fr Michael Ambroszewicz Prior Contus Terespoliensis mpp
Fr Cosmas Hatmer Lr Pr Contus Sezaviensis mpp
Fr Dominicus Stomski Lr Prior Contus Wielkoocensis mpp
Fr Raphael Laczczynski Prior Conventus Syderowiensis mpp
Fr Wenceslaus Kokoszka Socius Wysokoliensis mpp

In DEo Filio sibi dilecto Rdis Adm PP Prioribus cæterisq Patribus ac Fratribus
Cong: Nostræ S. Lud Bert: in Polonia Ordis Prædm
Fr Antoninus Bremond S.T. Professor ac Generalis totius Ordis Prædm humilis Mgr
Glis et Servus. Salutem et Regularis observantiæ Cultum et Incrementum.
Acta Diffinitorii Vestri in Conventu Czartoriensi 13 Xbris et sequentibus Ao 1740
celebrata ad manus nostras Correctioni Nostræ subjecta, pervenerunt, quibus attente
consideratis, quædam corrigenda aliaq addenda esse censuimus. Inprimis autem harum
serie Nostri authte officii in Priores Conventuum huius Congregationis instituimus
et respective continuamus usq ad Completum eorum triennium, qui jam instituti sunt sequentes
In Conventu Varsaviensi Rndum Prem Frem Lectorem Franciscum Baryski absolventes eum
a poenis privativis quibus hactenus subjectus fuit
In Contu Lovensi Rndum P. Fr Raymundum Zdziarski
In Wysokoliensi R.P. L. Frem Joachimum Jeszki
In Lublinensi R.P. Lr Frem Dominicum Slomski .. | Kolarski
In Pienaviensi R.P. Frem Stanislaum Kupecki
In Wielkoviensi RR Frem Raphaelem Luszczynski.
In Premislanensi R.P. Frem Michaelem Ambroszewicz | Drochalski
In Targoviensi R.P. Frem Casimirum Rozwadowski.
In Czartoriensi R.P. Frem Norbertum Banecki absolventes eum a poenis pri-
vativis quibus hactenus subjectus fuit.
In Terespoliensi R.P. Lr Frem Raymundum Jablonski
In Syderoviensi R.P. Lr Fr Eugenium Hartman
In Werkoviensi R.P. Frem Cosmam Oleczinski cum dispensatione in uno
mense super ætate requisita
Tit. Concess: sub nro 1mo Inhibemus ne ullus liber Gallici aut Italici Idioma-
tis ex Bibliotheca Conventus Varsaviensis Vendatur aut permutetur cum aliis
libris nisi prius Nobis huc mittatur Cathalogus eorundem cum formato loco Impressionis
et pretio Taxato.
Ordinationi Nro 1mo positæ Mandamus adjungi id quod in Cap: Nro Gli Bononiensi
pro bono Regimine declaratum est videlicet quod fugitivi et Vagabundi præter alias poenas
a legibus Nostris inflictas ipso facto sint suspensi a Divinis. Superiores vero qui eos
aliter quam in Carcere fldo receperint, vel circa fines suorum Conventuum respective con-
scienter vagari permiserint, ipso facto ab officio absoluti declarantur
Ordinationi Nro 6to adjungi volumus Ordinationem laudati Nostri Cap: Glis Nro 3tiam
qua districte sub nullitatis poena inhibetur ne Priores aut Vicarii eorum Conventuum
in quibus duodenarius Frum non alatur, quidquam gravis momenti in rebus præsertim
temporalibus decernant vel exequantur non habito Consensu Pris Vicarii Glis: qui de
graviorum PP. Consilio quid agendum fuerit decernat
Inhibemus Nro 2do dudum prævenit Capitulum Ple Valentinum 1647 Ordinat 6ta in
qua habetur ut recipiendorum imprudens et inconsiderata electio et approbatio
vitetur, nec de facili inepti admittantur. Ordinamus ut nullus ad habitum clericorum
recipiatur qui non calleat linguam latinam et in gramaticalibus sit sufficienter instruc-
tus quæ sufficientia examinari debet, et approbari vel in aliquo Contu ubi Viget studium
Theologicum vel si alibi præsente Vicario Gli: et ab Examinatoribus a toto Capitulo
electis fiat in Consilio PP. coram omnibus PP. a Consiliis præcipientes in virtute
Sptus S. et S. Obedientiæ sub formali præcepto hac una pro trina Canonica moni-
tione præmissa, nec non sub poena Excomunicationis latæ sententiæ PP Examinatoribus
et PP a Consiliis ne aliquem ad recipiendum habitum approbent qui secundum Nostrarum
Constitutionum et Ordinationum præscripta sit Idoneus.
Iterum addimus ea quæ in pluribus Capitulis Gralibus sancita et in sæpius lau-
dato Nostro Bononiensi Confirmata fuerunt videlicet Confirmatione quarta ut in omni-
bus Seligantur ac deputentur, qui solam Dei gloriam, et proximorum salutem præ oculis
habentes, spreto omni temporali Comodo, ac lucro se se Missionibus inter Catholicos

obeundis tam in Civitatibus quam in oppidis et pagis alacriter prorsus impendatur ne quod hereditate accepimus Praed.um Nomen apud Nos inane et vacuum reperiatur. Praeterea Nro sto Invirtute Sptus S. et S. Obedientiae sub Fli Plepto ab sub poena nullitatis dictae praecipimus singulis Congregationum Superioribus ut in praxima dicta eligi faciant virum doctum, solertem, acris subactique Iudicij cui committatur propria Congregationis historia summa fide ac diligentia scribenda eidemque teneantur Superiores sub poena absolutionis ab officio infra trimestre a Celebratione dictae communicare quidquid in singulis eorum Conventibus ab eorum fundatione singulare ac memoria dignum fuerit, atque ad Ordinis Ornamentum et gloriam pertinere videbitur, ut ab ipso in historicis Congregationis Commentarios referatur quorum tamen exemplar non antea typis vulgetur quam ad Magistrum Ordinis pro Examine et approbatione mittatur. Et quia in hac dicta foro ob defectu alicujus exemplaris dictorum actorum Capitulo dilis nullus deputatus est Historiographus Congregationis Mandamus Adm. Rdo Pri Vicario Dli ut cum consilio graviorum PP. talem designet cui Priores et Vicarij respective spatio trium mensium ab intimatione praesentium teneantur Curare supradicta documenta sub poena taxata

Tandem pro bono Regimine Nro 6to in laudatis actis Mandatum est Cuique Vicario Congregationum ut post completam suam Visitationem statim ad Magistrum Ordinis mittant statum omnium Congregationum et locorum sub Nomina Cognomina Aetatem munera et officia Cujuslibet Fris. et si qua alia singulorum Regiminis memorata digna, atque oportuna judicaverit, fideliter referant ad denuntient Curent eo ut in omni Conventu instruantur inventaria et libri quatuor Nro 7mo subsequenti in eodem actis praecipitur.

Caeterum Authte ut supra Rdo acta ita Correcta approbamus et Confirmamus atque hanc Nostram Confirmationem Una cum actis dictam per Contus Congregationis publicari et accurate observari Mandamus. In Nomine Patris et Fily et Sptus S. Amen Quibuscumque in Contrarium non obstantibus. In Quorum Fidem has propria manu subscriptas sigillo officij Nostri muniri jussimus Romae in Contu Nro S. Mariae Super Minervam 29 Septemb. Ao 1749

Fr Antoninus Bremond
Mgr Ordis

Legit Pag 44
Fr Emericus Langenvalter
Prlis Dalm. Mgr et Socius
mpp

(L.S.)

Comunicata tandem Per FF Dilectissimis cum suis Contentis Encyclica Nostra vestram alia nonnulla pro meliori bono juncta sup addi duximus

1mo Patuit ferme in omnibus Conventibus sub actuali Nra Visitatione Magna inconvenientia nempe quod PP. Conventuales non uniforme habeant directorium pro recitandis precibus Varij enim varia excipiunt directoria, quapropter volentes Nos introducere pro semper Uniformitatem, Mandamus et Committimus Admodum Rdo Pri Prior. Contus Varsaviensis ut quolibet Anno pro singulis Conventibus curet habere directoria ne autem patiatur Conventus aliquam damnificationem, in faciendam expensa pro typo tale adinvenimus modum solebat Contus Nri tribuere socio Exet Adm. R. P. Vicary Dlis: in vim laboris ipsius Aureum Nummum quod ergo haec Contributio videatur superflua adjudicamus Patri socio medietatem, pro illis exigentia et alteram medietatem pro directorijs.

2do Invaluit Mos in Congregat: Nra imo abusus contrarius constitutionibus Nostris praecipue praesumpto intento Plantatoris Nostri nempe Esus Carnium et quod ipsi etiam Saeculares sumunt scandalum, scientes quod Nos cum simus ad hanc observantiam obligati et minime illam Custodamus Quapropter demandamus sub Privatione officij omnibus et singulis Superioribus Conventuum ut Nemo audeat dispensare in esu Carnium a fortiori tractare in suis Cameris tam suos subditos quam etiam extraneos.

3tio Solent Nonnulli Fres Conservare Famulos proprios pro suo proprio obsequio et ex hoc injuriant Conventus Magna expensa pro illorum victu, qui potest judicari excessivus. Hinc etiam prohibemus tales facere famulatus, sed siquis voluerit habere Comodum potest servare unum ad utilitatem totius Conventus etc

4to Apparent nonulli Superiores in suis officijs negligentes nullamque curam boni Cōis habentes qui debita a suis antecessoribus contracta, minime intendunt tollere imo majora contrahunt, aedificia nulla construunt, neque antiqua collapsa reparant, sed in ruinam cadere permittunt, Quare serio monemus sub privatione officij ut omni modo pro sua possibilitate in hoc adhibeant vigilantiam. exercitio pro emolumento Contus

5to Prohibemus PP. Superioribus Conventuum. ut suis subditis nullatenus audeant pecuniariam dare providitionem sed habitum integrum de panno pro duobus annis alia vero necessaria sicuti indusia calceamenta tibialia pro aestate et hyeme quolibet anno sine omni retardatione provideant, subditi vero quidquid a suis consanguineis et Benefactoribus acquisierint omnia praesentent suo superiori et ad Comune depositum reddant.

6to Quia PP. in Conventibus Particularibus degentes nullo functi officio nihil boni facere videntur, imo persaepe otiantur et somno torpescunt ideo obviantes huic vitio statuimus pro ipsis talem occupationem Nempe mane a hora 9na ad 10mam post prandium a hora 2da ad 3tiam vacent Lectioni Spirituali in Comuni Camera vel Refectorio pro qua debebit P. Superior vel ejus Vicarius per pulsum Campanulae omnes convocare et legere authorem in Materia Casuistica et caeteri audiant cum modestia et fructum inde percipiant.

7mo Monemus PP. Superiores Conventuum ut nullo praetextu faciant tractationes in cameris privatis sed dent consolationem ducta proportione in refectorio ad Comunem Mensam hora prandij et hora Caenae, quia per tales congressus ad privatam cameram pro consolatione nascuntur lites, silentium violatur, Charitas dissolvitur, officium post ponitur.

8vo Solet practicari in Conventibus Nostrae Congregat. inaudita Ceremonia Nempe quod in die resurrectionis Dnicae. de Nocte ante aspersionem sepulchri Dni dicuntur Matutinae prius quod est contra Rubricam neque in Diaria aliqua reperitur praescriptum Ne ergo amplius hoc fiat, tollimus hunc abusum sed demandamus procedere juxta praescripta et Notata in Agenda Parochiali scilicet 1mo fiat aspersio sepulchri tandem processio postmodum locato SSmo Sacramento in altari dicatur Matutinum. et finito Cantico Te Deum Laudamus. Detur Benedictio et SSmum servetur Laudes vero terminentur in Choro

Ex hac ergo Vicatione praesentatam accipite PP. et FF. Charissimi formam Regularis observantiae, non tam attramento, quam boni Nominis et formae obtinendae zelo praescriptam cui conformantes vitam vestram in spiritus et sensus vestri novitate reformare satagite, sit haec forma menti vestrae impressa ut continuo de illa cogitantes profectui spirituali intendatis, sit impressa cordi vestro ut flagranti statutorum zelum proferatis. Sit impressa oculis vestris ut haec legentes non auditores sed factores estis et opere complentes sitis sic per bonorum operum executionem certam vestram vocationem faciatis Nos vero Paternam Nostram Benedictionem omnibus vobis impertientes. In Charitate Xti complectimur In Nomine Patris et Filij et Spiritus S. Amen. Non obstantibus in contrarium quibuscunque In quorum fidem his sigillo Officij Nostri munitis manu propria apposuimus Datum in Contu Nro Varsaviensi ad Capellam Moschoviticam d. 16 Aprilis A. 1750

Conservus in Dno

Fr Allexander S.Th. Vicarius
Idem qui supra

PS. Mandamus omnibus et singulis Conventuum Superioribus ut acta Capituli hoc quosvis processus supervenientes a nobis Missos sub poena absolutionis ab officio quam primo ingrossent libro Conventus ad id applicato.

Fr Allexander Vicarius Glis
Idem qui supra mp

Reg pag 52

Fr Philippus Szarkowski S.Thae Lr Phiae Professor
Loco Sigilli mpp

In DEI Filio sibi dilectis Patribus Fratribus ac Sororibus universi Ord. Praed.
Fr Antoninus Bremond: S. Thae Professor: Ejusdemque Ord. humilis Mgr Glis et Servus
Salutem et mortis recordationem.

Luctuosam plane jacturam quam in obitu Joannis V Lusitanorum Regis Fidelissimi publica jam deferente fama accepistis, muneris nostri ratio vehementer poscit ut literis hisce significemus, ne tam optimoque Principi quisque vestrum justa persolvere et funus omnium merito celebrandum, uberrimis ipsisque lachrimis prosequi praetermittat. Etenim si lugendum dolendum nobis quidem certe Fres Dilectissimi qui vita instituto divino cultui addicti sumus et saluti proximorum prospicimus quod Regem amiserimus omni virtutum genere longe spectabilem cujus tam Religio adeo nitebat, ut inter immersas fermè easdemque gravissimas curas quas diversarum gentium jura atque utilitas postulat, ab eo nunquam sejuncta foret, immo res belli et pacis sola moderaretur. Hinc ab eo temporum nitor atque majestas, Sacerdotalis dignitatis cultus, christianae fidei aut amplificandae aut tuendae studium singulare et profusa in eo liberalitas, qui nullo labori parcerent nullumque vitae discrimen pertimescerent, ut inter barbaras nationes Xti nomen inveherent: Quod si ad populorum salutem atque felicitatem nihil optabilius pace qua studia literarum colantur, ditantur urbes et ea commoda in Rempublicam manare solent quae gliscentibus inter Reges discordiis difficile comparantur jam bene noscitis quam recte verèque eo imperante aurea Lusitanis rediisse saecula dici posit, propterea quod reliqua ferme Europae parte gravibus atrocimisque bellis vexata, in universa potentissimi Regis ditione firma tranquillitas obtinebat: bonarum artium amatoribus praemia usque omnibus, quorum egregia et in Ecclesiam et in Rempublicam merita fuissent magnas dignitates conferebant. Nobis igitur quibus optanda vehementer est incolumitas singulorum in hac communi calamitate dolendi ratio maxime suppeteret nisi in certam spem erigeremur perpetuum pacis et religionis cultorem aeternam sibi sedem inter beatos parasse edocti Christi servatoris verbis atque promissis quo inquit: Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur, adeoque illi in caelis agenti, bonorum carendum copiam minime defuturam. Quia vero anceps apud nos est mortuorum felicitas, quod supremus Judex intimos quosque animi recessus scrutetur atque a divina ferunt eloquia in Angelis suis reperiat pravitatem pietas et justitia postulant ut bene merenti Regi qui tot familiam nostram auxit beneficiis et muneribus solatia precum feramus, et quemadmodum is apud Apostolicam Sedem ut Venerabilis noster Bartholomaeus a Martyribus et Beata Joanna Lusitana sanctis annumerarentur egit, ita Beata quantum in nobis est quiete celerrime potiatur. Harum igitur serie Nostrique authte officii Mandamus ut in singulis Conventibus Familiae Nostrae Praedm pro Joanne V Lusitaniae Rege sacra peragantur Exequiae cum solemni Missa et Officio Mortuorum Sacerdotes semel pro eo celebrent Ceteri vero Fres et Sorores 7 Psalmos Poenitentiales aut 3tiam Partem Rosarii BVM recitent. Jam vero dum haec adhibetis grati animi et pietatis officia illud superest Dilectissimi ut certum vitae Nostrae eundemque periculo plenum exitum sedulo meditemini ut qui jam mundi blanditiis ceterisque voluptatibus nuntium remisistis in sola religione erga Deum et in homines charitate quae admirabili inter se foedere junguntur felicitatem vestram collocetis ut in postremo vitae discrimine Divinum Judicem placatum habeatis. Valete Nostri Sociorumque memores apud Deum in sacrificiis et precationibus Vestris.
Datum Romae in Nostro Contu S. Mariae sup. Minervam pridie idus Septembris MDCCL

Fr Antoninus Bremond
Mgr Ords.

Reg pag 26

Fr Emericus Sangervalter.
Prlis Daciae Mgr et socius

6 DECRETUM FOROLIVIEN.

CANONIZATIONIS

BEATI MARCOLINI à Forolivio

Sacerdotis Professi Ordis Praedm

Admissa a Sacra Rituum Congregatione sub die 16 Septembris 1747 ad relationem Eminentissimi et Reverendissimi Dni Cardinalis de Gentilibus Comissione reassumptionis Causae B. Marcolini praedicti et a SSmo Dno Nro Benedicto Papa XIV postmodum signata cum modo ad tenorem praefatae Comissionis ex dispensatione Apostolica proposito fuerit ab eodem Eminentissimo ponente atque in dicta Sacra Congregatione discussum infra scriptum dubium: An constet casu excepto a Decretis S. M. Urbani Papae VIII seu de cultu publico ob imemorabili tempore eidem Beato praestito in casu et ad effectum de quo agitur; Sac: eadem Cong: audito R P D Ludovico de Valentibus qui voce et scripto suam sententiam exposuit rescribendum censuit Affirmative. Si Sanctissimo Dno Nro visum fuerit Hac die 2 May 1750.

Factaque deinde per me Secretarium de praedictis eidem SSmo Dno Nro relatione Sanctitas Sua benigne annuit die 9 May Aõ 1750

D F Card: Tamburinus Praef:

(L S)

S Patriarcha Hierosolymitanus Secret:

Romae Typis Reverendae Camerae Apostolicae 1750

In DEI Filio sibi Dilectis Patribus Fratribus ac Sororibus Universi Ordis Praedm Fr Antoninus Bremond S Thae Professor ejusdemque Ordinis humilis Mgr Glis et servus salutem et cultum Sanctorum.

Quod omnium votis fuerat expetendum, ut nunquam sacris altaribus cessarent admoveri qui sanctitatis fama floruissent pro summa in Ordinem nostrum benevolentia a Pontifice Optimo Maximo Benedicto XIV effectum est, qui cultum quem ab imemorabili vocant B Marcolini a Foro Livio amplificandum sanxit posteaquam illius causa a Sacra Rituum Congregatione ad examen vocata est et communibus suffragiis adprobata.

Plenis igitur laetitiae sensibus vobis nuntiamus Beati ejusdem festivam celebritatem die XXIV mensis Januarij affixam fuisse nobisque et Foroliviensi clero in posterum concessum ut oratione lectionibus proprijs pro secundo Nocturno sub ritu duplici uteremur Missasque de Communi Confessoris non Pontificis haberemus quare ad praedictam diem haec in Martirologio describi volumus Forolivij in Aemilia B. Marcolini Confesso: Ord Praedm Festum Epla.

Neque vero id satis ut, quantum coelestium munerum datori Deo debeatur quisquis intelligat etenim summus Pontifex prorsus idem adjecit ad augendam B Mathei Carrerij celebritatem, quam Nonis Octobris jam consignavimus ita ut etiam de eo datis pro 2do Nocturno peculiaribus lectionibus et Oratione memoria sit recolenda ab Universo non modo Praedm Ordine sed etiam a Clero Viglevanensi et Mantuano quorum omnium exempla Typis excussa hisce Nostris apponimus.

Quod igitur recenti adeo insignique beneficio Familia nostra cumulata sit reliquum est ut plurimas Supremo Numini grates referamus et quamdiu in hac mortali vita degimus eorundem Auctorum Virorum facta imitari sedulo studeamus, insignem videlicet in Deum pietatem, effusam in homines charitatem, jugem diurnarum rerum meditandarum studium, sacram monasticam disciplinam custodiam caeterasque egregias virtutes quibus viri hujusmodi qua humili vitae genere latitantes qua in apertum prodeuntes potissimum claruere ne preces ipsi nostras repellant si viderint nos ab eorum imitatione longius abesse.

Caeterum hujusmodi laetitiae communis ratio eo se maxime spectare debet ut pro illo qui tam praebuit eximia erga Nos suae voluntatis argumenta Benedicto XIV P O M preces quam plurimas effundamus, ut sicut eo Ecclesiam Universam sanctissimis legibus

moderante nova semper in dies fit honora omniu accessio Ita Fratru quoq nostroru cultus qui Sanctitatis et Signoru gloria decesserant quemqe pro virili nostra promovere condabimur ejus beneficio augeatur. Valete nostri Locorumqe memores in sacrificijs et precationibus Vestris. Datt Romæ in Conta Nro S Mariæ super minervaꝫ XVIII Idus Augusti MDCCL.

Fr Antoninus Bremond Mgr Ords.

L.S.

Reg pag 25

Fr Emericus Langevalter Protis Daciæ Mgr et Socius

Fr Allexander Szystowski S Thæ Lr Vicarius Glis Cong S Lud Bert: in Polonia Ords Prædm.

In DEI Filio sibi dilectis A A RR PP. Exvicarijs Prioribus Præsidentibus Cæterisqe Patribus et Fratribus ejusdē Cong: et Ord: Salutem

Sanctissimus Dominus noster Papa Benedictus XIV modernus Universalis Ecclesiæ vigilantissimus Pastor perbelle noscens quod Ordo noster ab antiquo non aliā institutus sit in finem nisi ut Apostolicis gradiens vestigijs semen salutis æternæ Verbū nempe DEI varijs in partibus Universi Orbis indefesso labore quotidiē seminare curet et valeat. Nunc etiā his temporibus adhocce Munus Apostolicū Apostolici Patris Filios sua Pastorali sollicitudine suscitare et animare coactus est dū Breve suū Apostolicū unacū alijs multis indulgentijs toti Ordini Cunctisqe Xti Fidelibus servientibꝫ subministrarit. Quis Qui ergo ex Vobis PPꝫ F F. dilectissimi desiderat premiari Regno Cœlesti uti hæreditario, minime desistat obtemperare huic Muneri Missionario Cujus nos Copiā ac aliarū Indulgentiarū palā facimus.

Benedictus Papa XIV

Universis et singulis præsentes literas inspecturis salutē et Apostoli: Benedictionē Cœlestiū munerū thesauros quorū dispensatores esse nos voluit Altissimꝫ libenter erogamus cū ad Religionis incrementū et animarū salutem profuturos speramꝫ Cū itaqe sicut accepimus Nonnulli Frēs Ords Prædm de Ordinariorū locorū et Superiorū licentia in diversas Christianæ Reipublicæ Provincias ad procurandā Fideliū salutē mitti soleant Nos eorundē Frū pietatē omniumqe ad quos illi mittentur devotionē confovere atqe augere Cupientes Omnibꝫ et singulis Fratribꝫ prædictis, ac alijs utriusqe sexus fidelibus Xti ad quos mittendi accesserint. Nostram et Apostolicā Benedictionē per presentes impertimur eisdemqe vere pœnitentibꝫ et Confessis ac sacra Comunione refectis qui pro S. Romanæ Ecclesiæ exaltatione Principum Xtianorū unione, infideliū Conversione, hæresū extirpatione prout unicuiqe suggeret devotio pias ad Deū preces effuderint plenariā unavice tantū uniuscujusqe Missionis omniū peccatorū suorū indulgentiā et remissionē misericorditer in Domino Concedimus Præsentibꝫ ad septennium; quo ad Indias verō ad quindecim Annos tantū valituris Volumus autem ut si pro impetratione, præsentatione admissione seu publicatione præsentiū aliquid ꝫ in minimo detur aut sponte oblatū recipiatur præsentes nullæ sint utqe præsentiū literarū transumptis seu exemplis etiā impressis manu alicujus Notarij publici subscriptis et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate Constitutæ munitis eadē prorsus fides adhibeatur quæ adhiberetur ipsis præsentibꝫ si forent exhibitæ ꝫ ostensæ Datt Romæ apud S. Mariā Majorē sub Annulo piscatoris Die 26 Februarij MDCCLI Pontificatus Nostri Undecimo

L.S.

P. D. Card Passioneo

Fr Emericus Langevalter Notarius

Joannes Florius Substitutꝫ

Romæ ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ MDCCLI

Benedictus Papa XIV

Ad

Futuram rei memoriam

Exponi nobis nuper fecit dilectus Filius Antoninus Bremond Mgr. Glis Ordis Praedicatorum quod in multis Conventibus et Monasteriis dicti Ordinis consuetum est ut tam Fratres quam Moniales eorundem Conventuum et Monasteriorum quotannis in aliquod Cubiculum sibi a Superioribus assignatum secedant ubi per quadraginta dies diversis exercitiis Spiritualibus alternative, nempe Orationibus Mortificationibus Corporis flagellationibus seu disciplinis et aliis in memoriam quadraginta dierum, quibus Dominus noster Jesus Xtus in deserto fuit, magna cum devotione et silentio vacant. Nos igitur devotionem hujusmodi coelestibus Ecclesiae Thesauris quorum dispensatores a Domino constituti sumus, confovere volentes ac supplicationibus ejusdem Antonini Mgri Ordis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Omnibus et singulis tam Fratribus quam Monialibus dicti Ordis qui per praedictos quadraginta dies piis hujusmodi exercitiis semel quotannis operam dederint quavice id egerint, easdem indulgentias peccatorum remissiones ac paenitentiarum relaxationes quas fel: record: Paulus Papa V Praedecessor noster Fratribus et Monialibus praedictis aliorumque Ordinum qui per 10 dierum spatium Spiritualibus exercitiis incumbunt, Concessit: Apost: authte tenore praesentium misericorditer in Domino Concedimus. Non Obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis Indulgentiis ad instar. Caeterisque in Contrarium facientibus quibuscunque praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem ut si pro impetratione presentatione admissione seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint, utque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Dat. Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris 26 Febr. MDCCLI P. N. A°

(L.S.) Fr. Emericus Langenwalter Notarius.

P. D. Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus

Romae ex Typographia Reverendae Camerae Apostolicae MDCCLI.

Benedictus Papa XIV

Universis et singulis praesentes literas inspecturis salutem et Apostolicam Benedictionem. Ad augendam Fidelium Religionem et animarum salutem Coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti Omnibus utriusque sexus Xti Fidelibus vere paenitentibus et Confessis ac Sacra Communione refectis qui horam sibi assignatam Rosarium BVM devote recitaverit et pro Xtianorum Principum Concordia, Haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderit plenariam semel duntaxat in anno omnium peccatorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus Xti Fidelium quae Deo in Charitate Conjunctae, ab hac luce migraverint per modum suffragii applicare possint misericorditer in Dno Concedimus, in Contrarium facien: non Obstantibus quibuscunque Praesentibus ad septennium quoad Indias vero ad quindecim annos tantum valituris. Volumus autem ut si pro impetratione praesentatione admissione seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint utque praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personae in Ecclesiastica dignitate Constitutae munitis eadem fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel Ostensae Dat. Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris 26 Februarii

A°

Aō MDCCLI Pontificatus Nostri Undecimo

(L.S.) Pro D. Card. Passioneo

Fr. Emericus Langenvalter Joannes Florius Substitutus

Notarius

Romæ ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ MDCCLI.

Benedictus Papa XIV

Universis et Singulis præsentes literas inspecturis Salutem et Benedictionem Apostolicam. Ad Augendam Fidelium Religionem et animarum salutem Coelestibus Ecclesiæ thesauris pia Charitate intenti ac Supplicationibus Antonini Bremond Ordinis Prædicatorum Magistri Glis Nræ nobis super hoc humiliter porrectis inclinati omnibus et singulis utriusque sexus Xti fidelibus verè poenitentibus et Confessis ac Sacra Comunione refectis qui aliquam ex Ecclesiis tam Fratrum quam Monialium dicti Ordinis ubique existentibus die 25 Mensis 7bris a primis Vesperis usque ad Occasum solis diei hujusmodi singulis Annis devote visitaverit et ibi pro Xtianorum Principum Concordia Hæresum extirpatione ac S. Matris Ecclesiæ Exaltatione pias ad Deum preces effuderit plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Dño Concedimus Præsentibus ad Septennium valituris tantum. Volumus autem ut si pro impetratione præsentatione admissione seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint utque præsentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem Sub Annulo Piscatoris die 25 Febr. MDCCLI Pontif. Nri Aō XI

PD Card. Passioneo

(L.S.) Fr. Emericus Langenvalter Joannes Florius Substitutus

Notarius.

Romæ ex Typographia Rdæ Cameræ Apostolicæ MDCCLI

Benedictus Papa XIV

ad

Futuram rei memoriam

Cum sicut pro parte Dilecti filii Antonini Bremond Magistri Gralis Ordinis Prædicatorum nobis nuper expositum fuit in Singulis Ecclesiis Fratrum et Monialium dicti Ordinis quatuor quotannis Anniversaria unum sc: pro Omnium et Singulorum Fratrum et Monialium dicti ac etiam 3tii Ordinis S. Dominici defunctorum die 10 Mensis Novembris 2dum pro eorundem Fratrum et Monialium Parentum et Consanguineorum et officium Defunctorum animarum refrigerio die 4ta Mensis February. Et Alterum in suffragium animarum Familiarium et Benefactorum quorundam Ordinis die 5 Mensis 7bris. nec non reliquum in suffragium animarum Familiarium et Benefactorum Xti Fidelium in Ecclesiis et Cemeteriis tam Fratrum quam Monialium dicti Ordinis sepultorum die 12 Mensis July seu aliis immediate sequentibus respective diebus non impeditis celebrari consueverint Nos ut Opus tam pium cum fructu fiat et ad augendam eorundem Fratrum ac Monialium devotionem et animarum salutem Coelestibus Ecclesiæ Thesauris pia Charitate intenti ac Supplicationibus dicti Antonini Magistri Glis Nræ nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Omnibus et singulis fratribus dicti Ordinis in sacro Presbiteratus Ordine constitutis qui Missam in diebus quibus anniversaria prædicta celebrabuntur in Ecclesiis dicti Ordinis respective celebraverint plenariam. aliis vero Fratribus dicti Ordinis non celebrantibus nec non Monialibus prædictis verè poenitentibus et Confessis ac Sacra Comunione refectis, qui Missæ seu officio defunctorum in Ecclesiis prædictis hujusmodi Anniversariorum diebus celebrandis devote interfuerint et ibi pro Xtianorum Principum Concordia, Hæresum extirpatione ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Dño Concedimus quam etiam animabus prædictorum defunctorum quæ Deo in Charitate Conjunctæ ab hac luce migraverint per

modum

per modum suffragii applicare posse indulgemus in contrarium facien: non obstantibus quibuscumque. Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem ut si pro impetratione praesentatione admissione seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint. Utque praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae et ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26 Febr: MDCCLI Pontificatus Nostri Anno

Fr Emericus Langenvalter Notarius
Pro D. Card Passioneo
Joannes Florius Substitutus

(L.S.)

Romae ex Typographia Revda Camerae Apostolicae MDCCLI

Benedictus Papa XIV
ad
futuram rei memoriam.

Ad ea per quae Christi fidelium animarum salus procuratur enixe intendimus et eorundem Christi fidelium devotionem ut spiritualibus exercitiis ferventius incumbant caelestium munerum elargitione libenter fovemus et incitamus. Itaque de omnipotentis DEI misericordia et BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus et singulis Fratribus et Monialibus Ordinis Praedicatorum ac Tertiariis de Militia Christi seu de poenitentia nuncupatis et aliis utriusque sexus Christi fidelibus Confratribus et Sororibus Confraternitatum BVM de Rosario et SSmi Nominis Jesu tam hactenus in ecclesiis ejusdem Ordinis canonice erectarum quam in posterum ubilibet erigendarum qui per quadrantem horae orationi mentali vacaverint, pro qualibet vice centum dies, qui per duos quadrantes continuatos septem annos de injunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus, Iis vero qui devotioni hujusmodi per duos quadrantes continuatos vel saltem per quadrantem horae singulis diebus et per totum mensem dabunt operam, et vere poenitentes et confessi SSmum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem quam etiam animabus Christi fidelium quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, auctoritate Apostolica tenore praesentium misericorditer in Domino concedimus. Insuper ut dicti Fres et Moniales pro oratione mentali ad quam vi Regulae eorum et Constitutionum quolibet die tenentur, praedictas omnes indulgentias et peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes, proportionaliter lucrari et consequi possint valeant auctoritate et tenore praesentium indulgemus in contrarium facien: non obstantibus quibuscumque: Praesentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem ut si pro impetratione praesentatione admissione seu publicatione praesentium aliquid detur vel minimum, aut sponte oblatum recipiatur praesentes nullae sint, utque praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26 Februarii MDCCLI Pont. Nri. XI

(L.S.)
Pro D Card Passioneo

Fr Emericus Langenvalter
Notarius

Romae ex Typographia Reverendae Camerae Apost: MDCCLI

Hoc ergo Thesauro S. Matris Ecclesiæ per faventissimum dispensatorem Benedictum decimum XIV in nos effuso Pres et Fres Charissimi nolite abuti, nolite ipsum abscondere in agro negligentiæ sed alacri animo sincero et contrito corde satagite uti siquidem ipso ditantur animæ, vitia fugantur, Dæmones vincuntur vita religiosa restauratur verbo concludo Negotiamini quia venit Judicium DEI.

Hinc tandem quia curiosa sollicitudo nonnullorum Frum quotidiana sua indagatione pulsat animum nostrum quando nam sit celebranda futura Diæta expedit enim ne iste Annus modernus prætermittatur siquidem triennij sui terminum accipit, Nos ergo volentes omnium corda nutantia pacificare et quieti reddere non proprio ausu non aliquo prætextu excogitatu affecti sed supremo Ordis Gubernio obtemperantes talem vobis PP. et FF. Dilectissimi communicamus dispositionem qualem accepimus desuper cujus tenor est talis.

In DEO Filio sibi dilecto Adm. Rndo Pri Lectori Fri Allexandro Rystowski Vicario Gli Cong: S. Lud. Bert: in Polonia Ords Prædm.

Fr Antonius Bremond. S. Thæ Professor ac ejusdem totius Ords Prædm humilis Magister Glis et servus salutem.

Quamvis hoc anno currente consueto tempore in Congregatione Nostra S. Lud: Bert. solita diæta celebranda foret, quia tamen patentes nostræ quibus te supra nominatum in Vicarium Nostrum Glem instituimus post longum temporis spatium ad tuas manus pervenerint. Ideo celebrationem novæ diætæ ad Annum 1752 et consuetum mensem differre tibique interea usque ad mox dicta tempus officium Vicarij Glis, prolongare dignum censuimus Quare tenore præsentium Nostrique authte officij differrimus celebrationem proximæ diætæ usque ad Annum 1752 et consuetum diem celebrandi eam tuumque gubernium laudatæ Congregationis in Qualitate Vicarij Glis extendimus et prorogamus extensumque et prorogatum declaramus usque ad mox memoratum tempus Præcipientes tibi in virtute Sptus S. et S. Obedientiæ sub fli præcepto Quatenus usque ad novum hunc terminum in tui Regiminis officio aequaliter perseveres illudque constanter et eo quo par est Religionis Zelo prosequaris sub Nostra Paterna Benedictione quam tibi ad hunc effectum peculiariter impertimur sub eodem fli præcepto Omnibus et singulis ad hanc Nostram Congregationem quovis modo spectantibus mandamus ut usque ad prædictum hujus Nostræ prorogationis terminum tibi tanquam suo suæque Congregationis Capiti Pastori ac Legitimo Superiori in Omnibus et per Omnia pergant obtemperare In Nomine Patris et Filij et Sptus S. Amen Quibuscumque in contrarium non obstantibus in quorum fidem has propria manu subscriptas sigillo officij Nostri muniri jussimus Romæ in Conventu Nro S. Mariæ super Minervam. die 2 January 1751

Fr Antoninus Bremond
Mgr Ords

Reg Pag 46

Fr Emericus Langenvalter
Prtis Daciæ Mgr et Socius
mpp

Acta Diætæ Fratrum Congregationis S. Ludovici Bertr. Ords. Prædicatorum in Conventu Targovicensi congregatorum. Præsidente Eximio ac Rdm R. Pre Sæ Thlæ Lre Fratre Alexandro Szystowski Actuali Vicario Grli ejusdem Congregationis Anno Dni 1752 Dje 14 Septemb. et sequent.

Denuntiationes

1mo denuntiamus unanimiter ab omnibus Patribus cum ratihabitione A. R. Pris Vicarij Grlis electum esse in Secretarium Capituli P. Thomam Szlegell Supprior. Targovic.

2do denunt. Ad inquirendas et discutiendas causas et quærelas Fratrum Congrnis unanimi voto et voce electos et acceptatos esse Judices hos: 1mus A. R. P. Sæ Thlæ Lrs Frs Franciscum Barylski Priorem Varsavien. 2dus A. R. P. Sæ Thlæ Lrem Frem Damianum Grochalski Priorem Przemyslan. 3tius A. R. P. Sæ Thlæ Lrs Frem Felicem Solarski Priorem Lublinens. 4tus A. R. P. Raphaëlem Luszcinski Priorem Sidoroviens

3tio denunt. Secundu antiquam praxim invocata Spiritus Sti gratia voto consultivo Nos elegisse tres Candidatos illosq presentasse Rmo P. Mgro Grli ad confirmandum unum ex istis in Vicarium Grlem et preficiendum huic nostræ Congregationi. 1mum A. R. P. Sæ Thlæ Lrem Fr. Alexandrum Szystowski modernum Vicarium Grlm qui habuit vota favorabilia 10 cum totidem essent Vocales præter ipsum absentibus quoq propter infirmitatem Sieniaviensi Gorensi Verkoviensi Superioribus. 2dus A. R. P. Sæ Thlæ Lrem Frem Joachimum Jeski Priorem Wissokolien. qui habuit vota sex cum tot essent Electores. 3tius A. R. P. Sæ Thlæ Lrs Frem Felicem Solarski Priorem Lublinens. qui habuit vota tria

4to denunt. Priores per Conventus à Nobis ita esse dispositos ab arbitrio tamen Rmi P. Mgri Grlis dependentes

Pro Contu Gorensi R. P. Benedictum Jarzembkiewicz

Pro Contu Czartorisc. R. P. Ignatium Mroczek

Pro Contu Terespol. R. P. S. Th. Lrs Eugenium Hartman

Pro Contu Wielkoocen. R. P. Bartholomaeum Chayducki

Pro Conventibus Varsaviensi Przemyslan. Wissokol. Lublinensi Targovic. Sieniavien. Sidorovien. Werkovien. Priores ideo non exprimuntur, quia præsentes nondum suum consuetum triennium finiverunt

In Studio nostro Formali Varsaviensi ad Capellam Moschoviticam ijdem PP. Lectores Thliæ confirmantur. Pro Primario R. P. Victor Gartner ex Provincia Poloniæ. Pro Secundario R. P. Philippus Szarkowski filius Congregationis, qui ambo Biennium jam consummarunt ibidem.

In Magistrum Novitiorum Simplicium electus est A. R. P. Sæ Thlæ Lr Franciscus Barylski postquam finiverit Prioratus sui triennium.

5to denunt. juxta Ordinat. Capit. Grlis Bonon. tit. de Observant. Regular. nris 7. Omnes Superiores prætentos et futuros de peractis hoc anno 10 dierum Recollectionibus, à suis Conventibus nostro Congressui esse recommendatos

6to denunt. Novitiatum Simplicium Novitiorum à Conventu Wissokolien. translatum esse ad Contus Targovicens. tamdiu ibi duraturum, quousq in Contu Wissokolien. non construetur ex muro novum ædificium in quo commodius juvenes in vita regulari instrui valeant.

7mo denunt. Ad mentem prædicti Capti Grlis pro componenda Congregationis historia electum esse P. Thomam Szlegell cui proinde omnes Priores intra trimestre notatu digna suppeditare tenebuntur

8vo denunt. Pro futura Dieta, quandocunq eam Nobis Rmg P. Mgr Grlis celebrare permiserit, electum et designatum esse Contu Lublinensem.

Declarationes

1mo declaramq Nos acceptasse Summam duorum millium florenor. polonical. Conventui Przemyslanensi inscriptam post fata Grosi Dni Josephi Tomaszewicz pro Missis lectis 30 in anno et una Cantata pro anima illiq. Item Summam duorum millium pro aã Mgfici Dni Joannis Gorecki Subdapiferi Nurcens. pro Missis 24 in anno. Item Summam mille florenor. eidem Conventui Legatam pro Miss. 10 in festis B.V. Solennioribus.

2do declaramq Nos acceptasse Summã duorum millium et quingentorũ florenorũ polonical. Contui Czartoriscen. inscriptam pro una Missa qualibet fer. 3tia legenda, et duabq Missis quolibet Quartali pro aã Sigismundi Lipkowski

3tio declaramq quod quicunq Superiores in reparandis ædificijs tectis parietibq Ecclesiarum Contuum et Prædiorum negligentes reperti fuerint in prima visitatione A.R.P. Vicarij Grlis absolutioni ab Officio subjacebunt.

Admonitiones

1mo Admonemq AA. RR. Patres Priores Conventuum ut diligentem adhibeant curam in instructione et educatione Fratrũ Conversorum eos exercendo in Formulari Novitiorum, nec à primordijs eos statim applicent ad congerenda victualia nec de facili extra Conventum mittant; quod ut exactius observetur, ex præsenti Congressu nostro elegimus Contum Gorensem, ad quem mittendi erunt statim post susceptionem habitus sub Mgro Fratrũ Conversorum in communi probandi saltem per annum.

2do admonemq Adm R.P. Priores ut sicut ipsimet suum peculium undecunque acquisitum sic suorum subditorum omninò curent servare in communi Deposito Conventûs, contrafacientes pro proprietarijs reputabuntur, et pœnis illorum subjacebunt.

3tio Quicunq Fratres habent, sive à Parentibus sive à Benefactoribus

suas Sortes et usum illarum sibi concessum nullatenus debent re quirere et exigere Provisionem annualem a Conventu, in quo sunt assignati. quin imo ex propriae sortis usu debent reddere rationem in actu Visitationis Adm R. Pri Vicario Gnli

Petitiones.

1mo petimus prostrati Rmum P. Mgrum Gnlem ut unum ex propositis a Nobis Candidatis dignetur Congregationi Nostrae praeficere.

2do petimus eundem Rmum P. Mgrum Gnlm ut Congregationem Nram S. Ludovici Bertr. ab Antecessoribus Rmis Mgris Gnlibus conservatam, et sanctissimis ordinationibus fulcitam ipse quoque sub protectione sua paterna tueri et conservare dignetur

3tio petimus Rmum P. Mgrum Gnlm quatenus R. Prem Hyacinthum Kuklinski pro quinquennali Scholastico labore in studio nostro Formali Varsaviensi exantlato, tum pro plurimis publicis praedicationibus quas per diversas Ecclesias Varsaviae cum animarum aedificatione gloriose pro decore nostrae Congregationis depraedicavit, Gradu aliquo in sua Provincia Poloniae praemiare dignetur.

Fratres post praeteritam Dietam Czartorise. in Congreone mortui In Contu Czartoriscen. Pr. Augustinus Luszczinski. Pr Norbertus Barecki ambo Priores ibidem. In Contu Wielkoocen. Pr Dominicus Slonski Prior In Contu Sieniaviensi Pr Ceslaus Rzewskowski Pr Angelus Markiewicz. In Contu Terespol. Pr Michael Ambrozewicz Prior. Fr Matthaeus Miedzwiecki Conversus. Fr Casimirus Maximowicz Conversus. In Contu Werkoviens. Pr Seraphinus Wolanski Pr Antoninus Markiewicz. In Contu Lublinen. Pr Dominicus Skrzeczkowski. In Contu Varsavien. Fr. Onuphrius Podlecki Conversus. In Contu Gorensi Pr Joannes Kolski. Fr Josaphat Piatkiewicz Conversus. In Contu Targovic. Pr Joannes Paulus Kulikowski ex Contu Premysliensi Prov. Polon. affiliatus Apud Cistergienses Pr Andreas Zielinski. In Contu Wysokol. Pr Thadaeus Walkanowski Pr Organarius

Fr Alexander Nystowski Vicarius Congr. m.p.

Fr Casimirus Rozwadowski ex Vicarius Generalis P. T.

Fr Franciscus Barylski Sac Thlae Lr Prior Varsavien

Fr Damianus Gruchalski Sac Thlae Lr Prior Przemyslnen

Fr Joachimus Jeski Sac Thlae Lr Prior Wissokoliens

Fr Felix Solarski Sac Thlae Lr Prior Lubliniens

Fr Raphael Luszczinski Prior Sidorowiens

Fr Raymundus Zdziarski Praesidens Terespoliens

Fr Franciscus Waszkiewicz Praesidens Czartoriscens

Fr Bartholomaeus Chayducki Praesidens Wielkoocens

Fr Benedictus Jarzebkiewicz Vicarius Leopoliens

Fr Thomas Szlegell Secretarius Capli et Supprior Targovic.

Joachimus Jeszki Sacræ Theologiæ Lector Vicarius Generalis Congregationis Sancti Ludovici Bertr. in Polonia Ordinis Prædicat. In Dei Filio sibi dilectis Admodum Reverendis Patribus Exvicariis Prioribus Præsidentibus Vicariis Conventuum ejusdem Congregationis et Ordinis Regularis Observantiæ Zelum ac Salutem in Domino sempiternam.

Post perpessas tempore non modico in Congregatione nostra etsi exiguos labores, fessis jam viribus nostris in sola salutis æternæ plagæ quiescere ac propriæ saluti invigilare solitariamque vitam omnis prorsus expertem sollicitudinis ducere summo animi desiderio intendebamus nulloque diutius Superioratu potiri ut optabamus ominabamur; sed aliter intentioni nostræ contrarius probavit eventus. Siquidem in Pargovicensi Dieta cum benedictione Reverendissimi Patris Magistri Generalis feliciter totius Sacri Ordinis regimen tenentis nuper celebrata placuit Admodum Reverendis Patribus Vocalibus congregatis ut nos licet minus meritos inter Candidatos ad id Officii onus supportandum Reverendissimo Patri Magistro Generali porrigendos interponere votaque sua in personam nostram inclinare. Alii futuræ tribulationis præsagæ menti versari incipiebat præ oculis onus hoc non tantum imbecillibus nostris verum et Angelicis formidandum humeris, fatigabat mentem expavescens cogitatio, quam sit nimis arduum et terribile post vestigia gregum commissorum non mercenarii sed boni pastoris exemplo detineri, eorumque intricari et distrahi curis, infirmitatibus infirmari et strictissimam justo Judici Deo rationem pro singulis eorum reddere. Attamen hoc motivo composito ad luctum animo nostro spes arridere videbatur, cum plura aliis vota sorte cedere perspexerimus, liberandos nos ab ejusmodi officio ac optabili fruituros quiete ominabamur. Sed secus disposuere Deus et Superiorum voluntas. Etenim die 23 Decembr. anno proxime elapso pignus paternæ Reverendissimi Patris Magistri Generalis circa exiguum gregem nostrum sollicitudinis cum institutione Nostri in Vicarium Generalem ejusdem Congregationis confirmationisque Actorum Dietæ Nostræ superius expressæ ad manus pervenit nostras. Hæsit hic mens, iterum magis anxia, gustareque in desiderabili solitudinis vita quam suavis sit Dominus anhelans contremuit animus et inter malleum et incudem positus, ne Religiosum obedientiæ votum violaretur, a vinculo dispositionis talis solvi optabat. Tandem in mutuo animi conflictu victrix extitit obedientia quam ut exemplo Christi et imitatorum ejus omnibus præponere consuevimus, ita quamvis impares vires exantlandi hujus Officii onera cum osculo paternæ Reverendissimi Patris Magistri Generalis manus supposuimus ac ejusmodi dispositionis Vobis omnibus Congregationi nostræ subjectis communicatione adjungimus de tenore sequenti.

In Dei Filio sibi dilecto Reverendo Patri Sacræ Theologiæ Lectori Fratri Joachimo Jeszki Congregationis nostræ S. Ludov. Bertr. in Polonia Ordinis Prædicatorum

Fr. Antoninus Bremondt Sacræ Theologiæ Professor ac totius ejusdem Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis et Servus Salutem.

Congregationis nostræ S. Ludov. Bertrandi in Polonia Vicariatum ad terminum inclinare conspicientes, graviores Patres de novo Vicario et Pastore suo soliciti et pro more Congregationis morem Targovicii die 14 7bris anni currentis congressi, tribus propositis in te oculos suos conjecerunt, cujus probitatem religiositatem et regendi maturitatem experti sunt. Nosque ut te in Congregationis prædictæ Vicarium Generalem institueremus humillime flagitarunt. Nos justæ eorum petitioni annuentes harum serie Nostrique Auctoritate Officii Te supranominatum Reverendum Patrem Lectorem Fratrem Joachimum Jeszki absolventes prius te a vinculo Excommunicationis aut quovis alio impedimento Ecclesiastico, si quo forte impeditus existeres ad præsentium duntaxat effectum rite consequendum, damus facimus et instituimus Teque datum factum et institutum declaramus Vicarium Generalem Congregationis nostræ S. Ludov. Bertr. in Polonia ad consuetum triennium cum omni et in omnes dictæ Congregationis nostræ personas potestate et Auctoritate atque in temporalibus et spiritualibus jurisdictione qua cæteri in nostro Ordine legitime instituti Vicarii Generales potiri solent et debent. Mandantes Tibi in virtute Spiritus Sancti et Sanctæ Obedientiæ sub formali præcepto, ut hoc Vicariatus

Gnlis Officium in Te modestè suscipias, illudq ad commune Cgraõis bonum et ad majus regularis observantiæ incrementum quam vigilantissẽ administrare satagas. Sub eodẽ formali præcepto mandamq oĩbq ad dictã Cgraõnẽ quovis modo pertinentibq, ut Te tãm legitimè à Nobis institutũ Vicariũ Gnlem Caput et Pastorem recipiant agnoscant et revereantur, Tibiq in oĩbq ac per omnia religiose pareant, incunctanterq obediant. In nõẽ Pris et Filij et Sptûs Sti Amen. quibuscunq in contrariũ non obstantibq. In quorum fidem has pp̃riã manu subscriptas, sigillo officij Nri muniri jussimus. Romæ in Contu nro Sæ Mariæ super Minervã dĩe XX Novembr. A 1752.

Fr Antoninus Bremond

Mgr Ordinis



Registrata pag. 48

Fr Emericq Langenwalter Prvls Daciæ Mgr et Socq.

Sequntur Acta Diætæ Targoviciæ celebratæ ut paulo superq de verbo ad verbũ

Confirmaõ Actorũ Diætæ fratrũ Cgraõnis Sti Ludovici Bertrandi

In Dei Filio sibi dilectis Adm Rndo Pri Vicario Gnli cæterisq Patribq ac Fratibq Cgraõis Sti Ludov. Bertr. in Polonia Ordĩs Prædicatorũ.

Fr Antoninus Bremond Sæ Thlæ Professor ac ejusdẽ totius Ordĩs Prædicat humilis Mgr Gnls et Servus Salutẽ

Acta Vestræ Diætæ in Contu Targovicẽ dĩe 14 7br. et seq. aõ currente cum facultate Nrã celebrata, ad Nos transmissa, nræq correctioni prout de jure subjecta attente perspeximq. Et quia graã Dei et conatibq Vicaõrũ Gnliũ ex vicinis Provincijs assumptorũ hæc Cgraõ in meliorẽ formã ut nobis refertur, reducta ẽ ex Tribq subjectis pro munere Vicarij Gnls nobis pp̃ositis, eligimq unũ de vrã Cgraõe scil. Rndũ Prẽ Lrẽ Frẽ Joachimũ Leski confidentes quod ejus vigilantia ac zelo sancta Observantia nedũ coletur sed ad majorem florem ac fructũ promovebitur, ne iterũ cogamur ad aliarũ Provinarũ viros zelosos ac legum nrãrũ cultores excurrere

Ad petitionẽ Patrũ Cgregatorũ harũ serie Nriq Autoritate Officij instituimus in Priores Contuũ mox specificandorũ sequentes videlicet. In Priorẽ Contq Gorens R. P. Frẽ Benedictũ Jarzembkiewicz. In Priorẽ Contq Czartor. R. P. Fr. Ignatiũ Mroczek. In Priorẽ Contq Wielkaoc. R. P. Fr. Bartholomæũ Chaydeckx. In Prior. Contq Terespol. R. P. Lrẽ Fr. Eugeniũ Hartman.

Revocamq in memoriam ea quæ in Cfirmaõe Actorũ Diætæ 1745 dĩe 10 Julij in Contu Werkovien. celebratæ saluberrimè circa Cmune Depositũ et Administraõẽ Bonorũ Ctuũ ordinata fuerunt in quibq tmn aliqui Priores defecerunt. quapropter mandamq Adm Rndo Pri Vicaõ Gnli ut illos Priores qui trimestri post notitiã præntiũ illa executi ñ fuerint aut in posterũ ea transgressi fuerint, oĩno ab officio suspendat Nobisq tales referat absolvendos ab Officio, atq ad Officia in posterũ habenda inhabiles declarandos.

Cæterũ hæc Acta Autoritate ut supra rata hmq et Cfirmamq adhortantes vos omnes ut totis et unitis viribq adlaboretis ad incrementũ Stæ Observaæ studiorũq florem sedulo promovendũ ut vocationi vrã ut par ẽ correspondeatis, impertientes Vobis nostrã paternã benedicoẽ. In nõẽ Pris et Filij et Sptq Sti Amen. Quibuscunq in contrarium non obstantibq. In quorum fidem has pp̃ria manu subscriptas sigillo Officij Nri muniri jussimq. Romæ in Contq nro Sæ Mæ super Minervã dĩe XX Novembr. 1752.

Fr Antoninus Bremond

Mgr Ordĩs



Registrata pag. 48

Fr Emericq Langenwalter Prvls Daciæ Mgr et Socq mpp

Reliquũ ẽ Prẽs et Frẽs Charissimi in Dño ut vocaõni vrã correspondentes dignos regularis observantiæ et spiritualis progressus fructus proferatis. Sanctorũ nrorũ zelum ferventem corde et opere complendorum summo animi studio, et qua par est alacritate satagatis, memoriale innata cordi paterno

Rmi Pris Mgri Gnlis clementia ac circa Congregationem nram infatigabilis solicitudi
nis monumentum grato animo suscipiatis illudq quotidianis pro diuturna ejusdem
Rmi incolumitate precibus vris resarcire studeatis. Mandamus itaque omnibus Superioribus
Conventuum nrae Congregationis ut praesentes literas ad communem mensam legi curent
earumque transumpto exemplari ac in Archivo Conventus relicto ad alium Conventum
more solito Cursore mittere non retardent. Nos vero vos omnes in visceribus
Xti complectentes Nram paternam Vobis damus benedictionem. In nomine Patris et Filij et
Spus Sancti Amen. Non obstantibus in contrarium quibuscunque. In quorum fidem his sigillo
Officij Nri munitis manu propria apposuimus. Datt. in Conventu nro Lublinen. ad
S. Crucem Ao Dni 1753 Die 22 Januar. Conservus in Dno Fr Joachimus
Jeszki Fr Vicarius Gnlis Idem qui supra
Reg. pag. 59
L. S.
Fr Alexander Grzewiecki
loco Socij.

Fr Joachimus Jeszki Sacrae Theol. Professor Vicarius Gnlis Congregationis S. L. Bertrandi Ordinis
Praedicatorum in Polonia
In Dei Filio Sibi Dilectis Admodum Rndis Patribus Commissarijs Generalibus Prioribus Praesiden
tibus Vicarijs Conventuum Caeterisque Patribus Fratribus ejusdem Congregationis et Ordinis Salutem et Cultum
ac venerationem
Laudium Universalis Ecclesiae et tripudiantis Sacri Praedicatorum Familiae ex novo Caelesti fa
Nu[illegible]dzki Provinciae Poloniae ad Eandem Congregationem accesserit Le-
ctoris munere perfuncturus quaq facultate in Officio Lectoris Secun-
darij confirmatus denuntietur, hac de re mandamus P. Vicario Ge-
nerali ut clare per literas nos certiores quam primum faciat.

10mo Nunc perpendentes caput de Ordinationibus inscriptum laudamus
Studium Congregationis in memoriam revocando Ordinationes
Capitulorum Generalium imprimisq postremi nostri Romani in
novandiq Statuta Superiorum Congregationis dictarum quae Su-
prema Magistrorum Ordinis Authoritate fuere confirmata vehe-
menter tamen optamus ac serio mandamus ut praedicta omnia
opere etiam compleant ut primaeva Congregationis observantia
si forte alicubi remissa est in pristinum Statum ac splendorem restituatur

11mo Porro quod de Lectione Casuum in Actis habetur ad praescriptum
Constitutionum omnino servare volumus deq eo ita observato Pater
Vicarius Gnalis rationem Nobis districte reddet. Opportune autem
hic Patres Confessarios hortamur ac rogamus per viscera Domini
Nostri Jesu Christi ut ad munus suum sane difficillimum
rite obeundum, Sanioris Doctrinae praesidio se muniant, ni-
hilq omittant quo Animarum Saluti consulere possint.

12mo Jam de declarationibus judicium ferentes declaramus Nos
ratas minime habere acceptationes Onerum Missarum quot quot
in Actis sunt descriptae donec certe Nobis legitime constet in eis-
dem servata omnia fuisse et singula Apostolica Decreta, quae
per ista praesertim an reditus omnino respondeant sint. Eorun-
dem Missarum Oneribus juxta morem istorum locorum, et an con-

ventus

ventus respective pares sint eisdem Oneribus suscipiendis, interea
principaliter Patri Vicario Generali ut de his quantocyus literas Ius
nos conscribat et mox indicata significet.

11mo Commissionem impositam R. Patri Priori Premyslaniensi ea Conditione
permittemus ut serventur Apostolica Decreta de Bonis Ecclesia
sticis non alienandis et cetera super eadem re de jure servanda.

12mo Facultatem etiam eidem Patri Priori Lublinensi tributam ea etiam lege pro
bamus, ut circa summam Patrimonialem RR. PP. FF. Thomæ et Ambro
sij Mauttner servetur Decretum quod extat in Confirmatione Ac
ta proxima atque integra semper sint de Jure servanda.

13tio Porro cum de Jure Provinciæ Lithuanicæ ad Conobium Verdeoviens
jam dicti sit definitum nihil superest quod Congregationi præsta
re debeamus Officio justitiæ.

14. Sanctimoniales Monasterij Nostri Jorensis non est cur sub cura et
protectione Nostra admittamus, eisque privilegia et indulgentias Ordi
ni concessas impertiamur, quot quot enim pertinent ad Ordinem
Nostrumque curæ subsunt sive Viri sint sive Mulieres Magistro Or
dinis cui in Professione Obedientiam vovent eo ipso subjiciuntur
Ordinisque privilegijs et indulgentijs fruentur.

15. De mentes R. P. Lris Raymundi Molędzki tunc pronuntiabimus
dum de Licentia et facultate eidem attributa Pr. Vic. Glis ad Nos scribet.

16. Omnino autem rejicimus supplicationem ut Reverendus Pr. Fr. An
nius Grzegorzewicz ad pristinam suam Provinciam redeat volumus
porro ut prænominatus Pater cui jam ab Anno 1752 Rdmus Noster
Prædecessor facultatem benigne impertijt ad Congregationem istam
transeundi, quemque eadem Congregatio in suum Filium non dubi
tavit adoptare inter ceteros ejus Alumnos numeretur sciantque
illi quorum interest nunquam permissuros Nos ut qui obtenta
Rmi Ordinis Licentia in filios Congregationis istius sive ex alijs
Provincijs sive Congregatis cooptati fuerint ad ipsas denuo redeant
prætextu affiliationis in dicta non acceptatæ.

17. Jam vero prohibitionibus quæ in Actis describuntur hanc etiam ad
di jubemus ut Conobiorum Præsides munere Magistri Novitiorum
nunquam fungantur nullo enim pacto fieri potest ut recte munus
ejusmodi obeant quin suo Officio magnopere desint.

18vo

19vo Ex vivorum suffragijs deleri jubemus quae constituta sunt pro
A.R.P.re Mag.ro Procuratore Generali Ordinis duplici causa altera 88
quidem quod appellatio Rev.mi ei attributa sit quam tamen in
publicis Tabulis Actisq. uni duntaxat Magistro Ordinis tribuen-
dam esse Capitula Generalia sanxerunt, altera vero quia nun-
quam antehac Procuratori Generali Ord.s Suffragia in Actis con-
stituta leguntur mandamus praeterea ut in posterum Suffragijs
tam pro vivis quam pro mortuis haec semper addantur pro
Consanguineis Familiaribus Benefact. intimisq. hujus Congreg. R.S.V.M.

19no Suffragijs pro defunctis cum in ipsius dictae Actis tum in alijs sub-
sequentibus haec primo loco adscribantur pro anima Rev.mi Patris
Fratris Antonini Bremond Magistri Ordinis R.S.V.M.

20mo Actis tali modo declaratis et emendatis nonnulla addere oppor-
tunum duximus, ac primum de debito Templi honore sollicite im-
pense commendamus RR.AA.PP. Vicarijs Generalibus ut in Visita-
tionibus Coenobiorum accurate diligenterq. per se ipsos inspiciant
Templa ipsa Altaria Sacristiam Sacra vasa ac reliquam suppelle-
ctilem, sacris vero usibus interdicant quae minus decora sunt ac
Praesides negligentes severe plectant.

21mo Deinde quo Divinum Officium recte persolvatur mandamus ut
prima summo mane etiam in parvis Coenobijs seorsim a caeteris ho-
ris recitetur, eaq. absoluta Oratio mentalis ad praescriptum Nostra-
rum legum omnino habeatur, reliquae autem horae paulo ante
meridiem persolvantur. Interdicimus autem ne Matutinum se-
quentis diei per totum Annum citius quam circa Solis occasum
recitetur. Sancimus vero ut eo absoluto rursus mentalis Oratio fiat
si post Completorium non fuerit habita.

22do Quod si quandoq. in ijs Conventibus ubi Studia coluntur necessitas po-
scat ut Matutinum pridie sero recitetur jubemus ut Fratres ea
hora conveniant qua signum coenae sive Collationis danda oportuisset
sublata omnino facultate praedictam horam vel minimum antevertendi.

23 Regularem Observantiam in Nostra Congregatione florere cupientes
injungimus universis et singulis Coenobiorum Praesidibus ut saltem
de quindena in quindenam Capitulum cum Statutis precibus habea-
tur satis enim constat disciplinam Ordinis tam diu fuisse mirifice
conservatam quam diu Capitula quotidie fuerunt habita.

24to Depositi leges ut accurate serventur graviter severeq. praecipimus
RR.AA.PP. Vicarijs in Coenobijs visitandis ut de pecunijs alijsq. rebus

Fratrum

Fratrum inquirant et si quas habeant extra commune depositum statim in ipsum conferri faciant. Volumus autem præfatum depositum singulis hebdomadis aperiri quo Fratribus accipiendi vel in ipsum conferendi facultas detur.

25to Adhæc magnopere hortamur Congregationum Cœnobiorumque Præsides ut abstinentiam à carnibus jejuniaque Ordinis observari faciant et contrarias abusiones prorsus abolere nitantur præsertim ne carnes vero apponantur in mensa.

26to Denique in memoriam eisdem revocamus quæ de Fratribus Conversis instituendis exercendisque in Capitulo Nostro Formali Novissimo mandata sunt ipsosque hortamur ut diligenter curent quo memorati Fratres religiose ac frequenter Sacramenta suscipiant ac reminiscantur DEUM et ipsorum manibus subditorum animas requisiturum.

27mo His itaque præscriptis RR. AA. PP. Vicariorum Generalium conscientias in diem Domini oneramus ut eorum observantiam omnino curent, et in delinquentes animadvertant, nosque quotannis de eorum observatione certiores faciat.

Ultimo Acta igitur commemoratæ Diætæ cum his Nostris declarationibus Ordinationibus et Decretis confirmamus iisque robur Nostræ Authoritatis adjicimus mandantes R. A. Patri Vicario Generali in virtute Sancti Spiritus et sanctæ Obedientiæ sub formali Præcepto ut Acta prædicta simul cum his Nostris literis in omnibus et singulis Cœnobiis Congregationis primum exhiberi deinde legi et publicari faciat, deque ijs tali modo exceptis lectis et publicatis attestationem ad Nos Authenticam transmittat. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen. Non obstantibus in contrarium quibuscumque. In quorum fidem his sigillo Officij Nostri munitis manu propria subscripsimus. Datum Romæ in Conventu Nostro Sanctæ MARIÆ supra Minervam Die 26. Mensis January 1760.

Fr. Joannes Thomas de Boxadors Mgr Ordinis   Reg. pag. 3.   (Locus Sigilli)

Fr. Emericus Langenwalter Provlis Daciæ Mgr et Socius

His itaque integre Vobis Patribus et Fratribus communicatis nihil aliud superesse videtur nisi ut exequtionem omnium et singulorum scriptis hisce contentorum ijs ad quos respective noscitur pertinere sedulo inculcemus, ac propterea Vos præsenti scripto volumus esse præmonitos quod in futuris Nostris Conventuum Visitationibus præter cætera ad vitam Religiosam spectantia de exacta præsentium punctorum observantia specialiter inquisituri sumus et delinquentes severius punituri. Neque autem Vos in

aliquo

aliquo punctorum descriptorum invadat dubitatio hinc quod spectat ad punctum N° 9num à Reverendissimo Patre Magistro Generali conformiter ad Acta Dietæ repetitum declaramus Lectionem Casuum bis in hebdomada fieri debere, Patribus Omnibus etiam Seniore nequaquam excepto per pulsum Campanæ a Patre Superiore convocatis. Lectio autem seu propositio Casuum spectabit ad Patrem Lectorem si qui in Conventu habitat vel ad loci Superiorem si Lector nullus adest vel denique ad Superiorem in Absentia Prioris, ut autem exercitia ista ab omnibus frequententur, Superioris loci erit renuentes compellere. Deinde ut Observantiam puncti 12mi explicatius vobis proponamus ex tenore Constitutionum Nostrarum et doctrina Theologorum Omnibus et Singulis Fratribus quibus ex Summis hæreditarijs census participandi eoq religiose utendi facultas et gratia facta est præcipimus sub pœnis contra proprietarios latis nullo modo aliter in hac materia se gerere præsumant quam prout leges præscribunt. Hinc certos reddimus horum transgressores quod nos absq ullo Personarum respectu solam duntaxat animarum salutem attendentes efficaciter curabimus præfata gratia privare Eos qui quoquomodo præsumpserint concessum sibi Censum per se ab Evictoribus levare vel depositum Conventûs noluerint inferre vel deniq etiam quamcunq Transactionem circa Summam Capitalem ex propria Persona fabricare ausi fuerint. Cæterum mandamus Singulis Conventuum Superioribus ut omnia hoc Codicillo contenta sine mora describi curent ac publice legi. Nostrum autem hoc Originale secundum Ordinem infrascriptum secure quantocyus expediatur. Damus Vobis Paternam Nostram benedictionem. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen. Datum 12 Aprilis A° 1760. In Conventu Nostro Wysokolitov.

Conservus in Domino.
Fr. Eugenius Harrman [illegible]
ut supra [illegible]

Reg. pag. 105.

Fr. Thomas Mautner Sacræ Philosophiæ Lector Vicarius Generalis Congregationis S. Ludovici Bertrandi Ord. Prædm in Polonia

In DEO Filio sibi Dilectis A.A. R.R. P.P. Exvicarijs Generalibus Conventuum Prioribus Præsidentibus ceterisq ejusdem Congregationis Fratribus Salutem in Eo qui est Omnium Salus et Donorum Spiritus Sancti uberrimam Communicationem

Pater misericord

Pater misericordiarum et totius consolationis DEUS quem sicut verum coram quoq Vestrum candide fatemur. / sicut oportet orare nescimus cui ex immense largitatis sue abundantia secundum propositum voluntatis sue magnificare dignatus est misericordiam suam super timentes se. Deliberantibus enim Nobis singulis atq cogitantibus de novo cujus levi in Sancta Religione obedientiæ jugo ultro colla submitteremus Congregationis Nostre Capite, depulsis lapsorum temporum infaustis eventibus ultra spem omnium moderno quem Vobis faustum ac fortunatum perquam amanter exoptamus Anni exordio, nos undequaq tantæ Ejus dignationis indignos et de Vestra Patres ac Fratres dilectione non satis meritos Pastorem hujus pusilli gregis sui præficere non dubitavit. Horruimus sane infirmitatis nostre bene conscij et expavimus ad tam mirificum Divinæ in nos beneficentiæ argumentum, atq perpendentes onerem quæ nobis impendet ex sublimi hoc regendi animas Vestras munere variarum perplexitatum molem jam jam succubuissemus, nisi illius gratia in cujus Majestatis oculis isthoc bene visum infirmitatem Nostram solidasset. Adjecit animum et robur Nobis huc illuc perpendentibus pariter ac vacillantibus Paterna prout circa Universum qua late patet Ordinem Nostrum Prædicatorum sic et contra Nostram Congregationem Rndmi Patris Mgri Vicarij Generalis Ords solicitudo qua Nobis prætactam Congregationis præfecturam sub formalis præcepti et sanctæ obedientiæ vinculo committere nosq ad compleniendam cum fructu Animarum Vestrarum / complectendam administrandamve Paternis suis literis confortari ac suæ benedictionis præsidijs communire voluit Cujus quidem Paternæ in Nos benevolentiæ exemplum sequenti vobis tenore communicamus.

Fr. Joannes Dominicus Villavecchia Ejusdem Ordinis Thæ Mgr et humilis Vicarius ac Procurator Generalis et servus salutem atq promovendæ regularis observantiæ zelum constantem.

Congregationis Nostræ S. Ludovici in Polonia Vicariatum ad terminum inclinare convenientes graviores Patres de novo Vicario et Pastore suo soliciti et secundum Congs morem in Conventu Terespoly d. 14. 7bris currentis Anni Congressi tribus propositis in sua præcipue oculos conjecerunt suos cujus probitatem et regendi maturitatem abunde experti fuerunt. Nosq ut Te

Congregationis

Congregationis prædictæ Vicarium Generalem institueremus hu-
millime flagitarunt. Nos igitur eorum petitioni annuentes
eo libentius quo tuam prudentiam Observantiæ regularis
zelum morum integritatem, et maturam regendi dexteritatem
Nobis promittimus. Quapropter harum serie Nostriq muneris
Officij Te AR Prem Rem Prem Thomam Macetner absolventes
prius Te ab omni vinculo excommunicationis aut quovis alio
impedimento Ecclesiastico si quo forte impeditus existeres,
ad præsentium duntaxat effectum rite consequendum damus
facimus et instituimus sicq datum factum et institutum
declaramus Vicarium Glem Congnis S. Ludov. Bertr. in Polonia
ad consuetum Triennium cum omni et in omnes dictæ Congre-
gationis curæ Nostræ subjectas Personas potestate et authoritate
ac in temporalibus et spiritualibus jurisdictione seu facultate
qua cæteri in Ordine Nostro legitime instituti Vicarij Genera-
les potiri solent et debent præcipientes Tibi in virtute Spiritus
Sancti et Sanctæ Obedientiæ sub formali præcepto ut hoc Vi-
carij Generalis Officium pro tempore consueto modeste in Te Re-
cipias, illudq in commune Congregationis bonum, et ad majus
regularis Observantiæ incrementum quam vigilantissime admi-
nistrare satagas. Porro sub ejusdem præcepti formalis distri-
ctione mandamus omnibus ad dictam Congregationem quomo-
dolibet pertinentibus quatenus Te tanquam verum atq legitimum
ejusdem Congregationis Vicarium Glem agnoscant Tibiq
in omnibus et per omnia religiose pareant et incunctanter
obediant. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen.
Quibuscunq in contrarium non obstantibus. In quorum fidem
has propria manu subscriptas sigillo Officij Nostri muniri
jussimus. Romæ in Conventu Nostro Sæ Mariæ supra Miner-
vam d. 31 8bris 1761.

Fr Joannes Dominicus Villavecchia
Magr Vicarius et Procur. Glis Ords   Registr. pag. 13.

Fr Emericus Langenvalter
Provlis Daciæ Magr et Socius

Deductis itaq ad notitiam Vestram Patres ac Fratres in Christo dilectissimi ut Divinae voluntatis sic et Paternae Rmi Patris Magri Vicarij Generalis Ordinis circa Nos Dispositionis documentis superest ut Vos perquam amanter in Domino complectentes Vobisq pacis osculla adjicientes dilectiones Vestras per quid quid Vobis in vita charum est obsecramus. Vos quidem primitus Conventuum Superiores maxima qua possumus charitatis Christi JESU ostensione admonemus ut positi in speculis Domus Domini rebus quae ad laudem DEI sunt intenti pro latis literarum et rei Oeconomicae studio ferventes munus sibi commissum sine intermissione ac ullo taedio exequamini commissosq Vobis ac Vestro Regimini Filios nolite s. ad Ephes. 6. ad iracundiam provocare sed educate illos in disciplina et correctione Domini: Vos quoq mementote Praepositorum Vestrorum Eorum curae et sollicitudini commissi Filij ijsq ex animo cum honore obedite in Domino hoc enim justum est. Singulos autem oramus ad Philipp. 1. ut charitas Vestra magis ac magis abundet in scientia et in omni sensu ut probetis potiora ut sitis sinceri et sine offensa in diem Christi repleti fructu justitiae per JESUM Christum in gloriam et laudem DEI. Damus Vobis Paternam Nostram benedictionem ulteris in contrarium quibuscunq non obstantibus. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti In quorum fidem praesentes manu Nostra subscripsimus et sigillo officij communiri jussimus Datum in Conventu Nostro formali Varsaviensi S. M. A. R. J. E. de Victoria d. 10 Decembris Anno 1761mo

In servis in Domino
Fr. Thomas Mautner
S. T. L. Vicarius Glis Congr.
Idem qui supra

L. S.

Registr. pag 26.

Praesentes cursoriae expediantur a Conventu Terespoliensi Sieniaviam, Wielkesociam, Zagorisciam, Czartorysciam ibiq sistantur

Fr. Joachimus Radzinsky
S. T. Lr Loco Socij.

Fr. Gregorius Szymak S. Thē. Mgr. Ex Provincialis Provinciæ Lithū. Commissarius Generalis Congreg. S. Ludovici Bertrandi Ord. Præd.

In Deo Filio sibi Dilectis AA. RR. PP. Prioribus, Vicarijs Præsidentibus, Conventuum, Lectoribus Cæterisq Patribus & Fratribus Ord. Præd. Congregationis ejusdem Salutem ac Religiosæ Observantiæ Incrementum.

Quoniam Rdmus Pr. Mgr. Gnlis Ordis vocavit me, non cogitantem, neq ambientem, in partem Sollicitudinis suæ Constituens me Rectorem & Custodem Regularis Observantiæ in Alma Congregatione Nostra S. Ludovici Bertrandi, Venerabunda jussa ejus jure S. Obedientiæ uti Capessere Cogor, ita Serio Obstringor. Veni igitur ad vos Dilectissimi inclitæ Congregationis S. Ludovici Bertrandi Alumni, in Charitate & Spiritu Mansuetudinis, non ut præsim sed ut prosim, quærens non quæ Vestra sed quæ sunt Christi. Veni inquam ad vos Cogitans Cogitationes pacis & in Sinceritate Cordis dico Pax vobis Pres & Fres Dilectissimi. his qui prope & his qui longe Omnes autem vos qui prope & qui procul estis paterne prædicavero. Propheta dicente: Super Custodiam meam Stabo, & figam gradum et Contemplabor ut videam. Vigore Litterarum Rdmi Patris Mgri Gnlis quarum tenor est talis,

In Deo Filio sibi dilecto Rndo Adm. Pri Magistro Ex Provinciali Fratri Gregorio Szymak Provinciæ Lituaniæ Ordinis Frum Prædicatorum

Fr. Ioannes Thomas de Boxadors Thē. Professor ac Totius Ordinis Frum Prædrum humilis Mgr. Gnlis et Servus Salutem,

Quam propter temporum difficultates Commodum non fuerit ad diem 8 Septembris hujus anni Dictam Congreg. Nostræ S. Ludovici in Polonia pro novi Vicarij Gnlis ejusdem Congregationis nominatione Celebrari, cumq modernii Vicarij Glis Contracti Triennij finis jam proxime impendeat. Interea vero Crebri ad nos nuntij afferantur de Fratrum ipsius Congregationis discordijs, quibus non solum pax turbatur et Religiosa disciplina, sed etiam difficilior efficitur Vera et Sincera rerum notitia, atq adeo pacis & disciplinæ restitutio postulat a nobis officij Nostri debitum, ut quousq opportunitas Celebrandæ Dictæ fuerit, Congregationis Statui per Virum aliquem doctrina et Religione præditum, eundemq ab omni partium Studij Suspitione prorsus alienum, quantum Cum Domino possumus, provideamus. Harum igitur Serie Nostriq Autoritate Officij Te Statuimus Rdum Admodum Patrem Magrum Ex Provincialem Fratrem Gregorium Szymak Provinciæ Nostræ Lituaniæ de Cujus animi dotibus fiduciam in Domino gerimus Specialem et in quem ut pote a Congregatione extraneum, nulla partium Suspicio Cadit. Absolventes prius Te ab omni alio officio, in quo occupatus existis, Cui absolutioni terminum Statuimus presentium publicationem, itemq

ab

ab Omni Vinculo et Communicationis seu quovis alio Ecclesiastico impedimento si quo forte innodatus sis ad effectum presentium duntaxat Consequendum, atque absolutum fore Censentes Damus instituimus et facimus, datumque institutum et factum dicimus et declaramus Commissarium Gñlem Nostrum super Congregatione nostra S. Ludovici Bertr. in Polonia Cum omni in spiritualibus et temporalibus Authoritate et Potestate, quae ipsius Congregationis Vicarijs Gñlibus pro tempore de jure, seu approbata Consvetudine Competere consuevit ac debet in omnibus et per omnia usque dum novus Vicarius Gñlis a nobis fuerit institutus Damus quoque tibi facultatem assumendi socium et Provincia Lituaniae quem maxime idoneum extimaveris, cum onere certiorem faciendi Priorem Provinciae Lituaniae de socio ita assumpto. Facultatem etiam instituendi si opus esse in Dno extimaveris, per modum provisionis Presidentes seu Vicarios in Capite Conventuum Congregationis etiam et Provinciae Lituaniae Priore tamen Provinciae Lituaniae Provinciali sentiente assumptos Nec non potestatem inquirendi etiam super Gubernatione et actis Vicariorum Gñlium qui ab Anno 1752 usque ad hoc tempus fuerunt, et super omnibus alijs rebus ad Congregationem eandem pertinentibus inquirendi et procedendi usque ad definitivam Sententiam exclusive, cum onere mittendi ad nos acta et processus si quos Confeceris, quam definitivam Sententiamque ad Vicarios Gñles nobis ipsis reservamus.

Praecipimus autem Tibi in Virtute Spus Sancti et S. Obedientiae sub formali praecepto ut hoc Commissarij Nostri Gñlis munus acceptes subeas et exerceas Omnibus vero et Singulis nostrae Curae subjectis et ad ipsam Congregationem quomodolibet pertinentibus in Virtute S. Obedientiae sub eodem formali praecepto mandamus, ut Te tanquam verum ac Legitimum Commissarium Nostrum Gñlem, ut supra institutum recipiant habeant et recognoscant, Tibique in omnibus secundum jura Religiosa pareant et obediant. In nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen. Non obstantibus in Contrarium quibuscumque. In quorum fidem has propria manu subscriptas Nostri Officij sigillo muniri jussimus Datum Romae in Conventu Nostro S. M. A. S. Supra Minervam Die 6 8bris 1764.

Fr. Joannes Thomas de Boxadors
Mgr Ord.

Regi pagina 30

Fr. Dominicus Vandenpott ... et Socius
mpp

Praeter hdc Rmi Pris Mgri Ord prdecipudcad exequendum mandata Commenen
to et alia sacrosancte et inviolate observanda: nempe ut nemo deinceps
aut ad habitum aut ad professionem admittatur nisi Consulto & sentiente 42
ipso Rmo Mgro Ord. Praecipit quoq severissime Adm Rmus P. Mgr. et hoc ex
mandato Summi Pontificis nunc felicissime regnantis ut Religiosi illo
rum quomodolibet extra Claustra, sive in aulis, sive in Parochijs habitantes
omnino et quantocius revocentur. His itaq Rmi Pris Mgri Ulris etnos op
posite inhaerentes, mandatis Harum Serie Nostriq officij authoritate
omnibus et singulis in virtute Sae Obedientiae Praecipimus ut Praedatas San
ctiones omnino observare curetis Quis enim hoc facit est longe a Regno
Dei Porro invitamus officiose ad Conventum nostrum Varsaviensem S. Mariae
de Victoria pro Die 6ta Januarij anni proxime futuri 1765 A.R.P. Eugenium
Hartman ex Vicarium Generalem A.R.P. Thomam Mauthner immediatu
modernum ex Vicarium Gnlem una cum Cancellaria, ac Cunctis omnibus
officium Nostrae Commissariale Concernentibus Deinde sub Praecepto forma
li et in Virtute Sae Obedientiae Mandamus Rdo Pri S. Thae Lri Damiano
Grochalski quatenus pro determinata superius Die abjecta omni mora
Varsaviae in Conventu Nro Congrnis Compareat. Sub eodem quoq Praecepto
formali injungimus A.R.P. Priori Nostri Conventus Lublinensis ut ex
nunc R.P. Vincentium Deleszycki ab Ecclesia Voyciechoviensi removeat
et ad Conventum proprium recipiat Volumus denique insuper quantocius
ut praesens indictionis Edictum via Cursoria per omnes Conventus Congi
Nostrae transmittatur et ubiq ad Publicam mensam legatur tandem
relictis in Unoquoq Conventu Copijs ad Nostrum Officium remittatur
Et hoc In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti Amen. Non Ob
stantibus in Contrarium quibuscunq. In quorum fidem his sigillo
Majori Conventus Nostri Varsaviensis munitis manum propriam
apposuimus Datum in Conventu Nostro Varsaviensi S. M. A.R.T. de
Victoria Die 14 Decembri 1764 Anno.

Conservus in Dno.

Fr. Gregorius Szymak Magr Ex Provincialis et
Commissarius Congi B. Lud. Bertrandi in Polonia Gnlis
mppa

L. S.

Rta pagina 822da

Fr. Hylarion Kalinowski M. Lr.
et Secretarius mppa

Fr Victor Gatner SS. Thel. Praesentatus Commissarius et Visitator Grlis Congregationis S. Ludovici Bertrandi in Polonia Ordinis Praedicatorum

In Dei Filijs sibi Dilectis Adm. Rndis Patribus Prioribus nec non Universis Patribus ac Fratribus ejusdem Ordinis et Congregationis S. Ludovici Bertrandi Salutem ac Regularis observantiae incrementa.

Nondum plene ex uno periculo liberati in quo per biennium periclitabamur Fratres Charissimi ecce in majus nos Divina providentia incidisse conspicimus, dum Commissarij et Visitatoris Grlis Munus in Sacra Congregatione nobis imponit. Sperabamus pacem Adventuro priorates Officij nostri termino, et ecce ante tempus nos apprehendit turbatio, elongavimus nos fugientes honores, et ecce de sollicitudine eduxit nos Dominus et perdidimus Fratribus nostris, quod vidimus bona, et ecce mala undique perturbabant nos, quae eo magis tabescere faciunt sicut Araneam Animam nostram, quo majora et incerta obsequij nostri subire discrimina cernimus. Certe vobis esse debet Fratres Charissimi hdc omnia peccatis nostris mereri quibus Deum ad iram provocavimus cujus sagittas sentimus in nobis quarum indignatio Domini ebibit Spiritum nostrum, et nisi Dominus mitigaverit iram suam et averterit faciem faciem suam a peccatis nostris perire nos necesse: ubi consistemus in somnes, in meditatione ducimus noctes quid faciendum opus sit ergo resistendum, sed venit Spiritus Noctes cum voluntate ejus nullus resistere posset. Obedire autem praestat Deo magis quam propter ~~quam~~ onus est Misericordia Divina nobis impre citam servire Fratribus nostris pro peccatis nostris quod tantum suscepimus ratione obedientiae oneri tolleris inquirimus maneamus et sumus placabilem nobis faciamus. Vobis autem Fres ac Patres Dilectissimi Encyclicam Adm Reverendissimi Patris Magistri Grlis mittimus quae est tenoris sequentis.

Dilecto Nobis in Christo Filio sibi Dilecto Rndo Pri Victori Praedentato Ord. Praedicatorum Provinciae Nostrae Polonae 113

Fr Joannes Thomas de Boxadors Sacrae Theol. Professor ac totius ejusdem Ord. humilis Mag. Glis et Servus salutem Congregationis nostrae S. Ludovici Bertrandi in Polonia, bono ac tranquillitati et Paterna Animi nostri solicitudine providere cupientes harum serie nostrique Authoritate Officij te Praefatum Rdum Patrem Praedentatum Fratrem Victorem Gadner de cujus Doctrina Religione ac prudentia caeterisque Animi dotibus fiduciam in Domino gerimus specialem et Tanquam ut pote a Congregatione extraneum nulla partium studij suspicio cadit absolventes prius te ab omni alio Officio in quo occupatus ... a quibus absolutionis terminum ponimus praesentium publicationem ... Itemque ab omni vinculo Excommunicationis sive quovis alio Ecclesiastico impedimento, si quo ... innodatus ad praeffatum dumtaxat consequendum instituimus, damus et facimus, tanquam institutum datum et factum dicimus et declaramus Commissarium et Visitatorem Generalem Nostrum super praedictam Congregationem Nostram Sancti Ludovici cum omnibus Spiritualibus, et temporalibus Authoritate et potestate, quae ipsius Congregationis Vicarijs Glibus pro tempore de jure seu apostolica consuetudine competere consuevit, ac debet in omnibus et per omnia, usque dum novus Vicarius Glis a nobis fuerit institutus ... damus tibi quoque facultatem assumendi Socium ex tua Provincia Polona, quem madiae idoneum existimaveris cum onere certiorem faciendi Priorem Provincialem Poloniae de socio itaque assumpto. Facultatem praeterea tibi impertimur permovendi provisionis instituendi Praedicatores seu Vicarios in ... Conventus Congregationis ex Provincia Polona Priore tamen Provinciali Poloniae consentiente assumpti, ac nec non potestatem inquirendi etiam super gubernationem Vicariorum Glium qui ab Anno 1754 usque ad hoc tempus fuerant, et super omnibus alijs rebus ad Congregationem eandem pertinentibus inquirendi ac procedendi usque ad definitivam Sententiam exclusive cum onere mittendi ad nos Acta et processus quos confeceris quorum definitivam Sententiam quo ad Vicarios Glies nobis ipsis reservamus. Praecipientes tibi in Virtute Spiritus Sancti et Sanctae obedientiae sub formali praecepto ut hoc Commissarij et Visitatoris Glis Munus et Onus subeas, et exerceas Omnibus vero et singulis nobis cura subjectis, et ad praefatam Congregationem quomodolibet pertinentibus, sub eodem formali praecepto mandamus ut te tanquam verum et legitimum Commissarium et Visitatorem ut supra institutum recipiant habeant et revereantur

tibiq in omnibus secundum jura Religiosis pareant et obediant In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Quibuscunque &c. Datum Romae In Conventu Nro S. Mariae Supra minervam d. 12 Maij Anno 1770

Fr Joannes Thomas de Boxadors
Mgr ordis

(Loco Sigilli)

Regi Pag. I

Fr Salvator Maria Rossoli
Provl Loco Sigij

Ex his literis Reverendi Admi scire nos non dubito Pres Charissimi quid sit Voluntas Dej quod nos in hoc officio vocavit nisi ut solliciti simus de vobis ut non sint in vobis Schismata sed digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine cum patientia supportantes invicem in Charitate solliciti servare unitatem in vinculo pacis sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae renovemini ergo in spiritu Mentis vestrae et Induimini novum hominem qui secundum Deum Creatus est in Justitia et Sanctitate veritatis et nolite Contristari Spiritum Sanctum Dej in quo signati estis in diem redemptionis atque pro gloria Dej fructuosus vester evadat labor vestris Orationibus nos dispensati. Mandamus vero omnibus Rndis Supperioribus ut Literas praesentes publice In refectorio legi curent Lectasque in Librum Capitulorum describtas ad alios Conventus intra viginti quatuor horarum spatium per Salutam Cursoriam expediant. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen. In quorum fidem Dedimus in Conventu Nostro Varaždiensi d. 25 Mensis 7bris Anno Dni ut supra

Conservus in Dno Fr Victor Gadner
Praesentatus et Commissarius de Visitator Gnlis

Frater Victor Getner Sacrae Theologiae Praesentatus Comissarius et Visitator Generalis Ordinis FF. Praedicatorum in Polonia

In Deo Filiis Sibi Dilectis Rdis Patribus Praesidentibus Vicarijs caeterisq Patribus ac Fratribus salutem in Domino ac Orationum Spiritum

Nunquam nostrae solitudinis deesse possumus Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi, quin ea, quae pro pace atq Religiosa Vestra Conversatione necessaria Vobis esse agnoscimus, ea toto mentis Conatu non speraremus, Opportunam autem Vobis esse vitam absconditam in Christo, quam honeste ambuletis, nemini dantes ullam offensionem, ipsa periculosa Regni tempora omni undique perturbato statu satis indicant, in quibus quam caute vobis ambulandum, et orationibus assiduis insistendum conveniat, Literas Patentes Rndissimi Patris Magistri Generalis ad Nos transmissas vobis Comunicamus quae tenoris sunt sequentis

Admodum Rde Pater Praesentate Commissarie et Visitator Generalis salutem

Etsi iam pridem 24 Martij Anni 1770 datis Literis ad Provinciales Ordinis Nostri Regni Poloniae eorumque Praesidentibus praeceperimus, ut Fratres universos ad praefatas Provincias pertinentes, serio hortarentur, atque admonerent ut suae vocationis memores, et Majorum Nostrorum exempla et instituta sectantes, nulla ratione Publicis ejusdem Regni rebus implicarentur, prorsusque abstineant a quacunque illas perturbandi studio, pro tranquillitate vero et incolumitate publica assiduas, ferventesque Deo preces funderent; nihilominus necessarium apprime ducimus, te quoque praesentibus hisce Literis in idipsum impellere, vehementerque solicitare. Non latemus; ut potestatibus sublimioribus quibus non solum jure proinde honoremus, te veneramur amemus subditi simus, cum omnis potestas à Deo est, cujus Ordinationi resistunt, quippe ij qui potestati resistunt; verum etiam ut obsecrationes, postulationes, et gratiarum actiones faciamus pro Omnibus praesertim vero pro Regibus

bus et eis qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquil-
lam vitam agamus, quae quidem Apostoli documenta cum ad
omnes omnino homines pertineant, tum potissimum ad
Religiosos Viros, qui ex instituti sui ratione ita remoti esse
debent a quacunque vel levissima suspicione, aut excitata a
se suspitiones Reipublicae aut consensioni cum aliis, qui
illam excitarunt; quinimo ex adverso teneantur omnibus sua-
dere, ut subiecti sint omni humanae Creaturae propter
Deum, sive Regi quasi praecellenti, sive Ducibus tanquam ab
eo missis, utque Fraternitatem diligant, Deum timeant, Re-
gem honorificent, quemadmodum documentis etiam Petri
Apostolorum Principis erudimur; apud omnipotentem vero Deum
pro Publica pace ac salute dies, noctesque precibus instare;
Nosti praeterea quantopere Ordo Noster ejusmodi pertur-
batores publicae tranquillitatis, si qui inter Fratres Nostros
reperirentur (: quod avertat Deus :) semper fuerit detestatus
atque execratus, specialiter vero (: ut alia praetermittamus :) in
Capitulo Generali Romae habito Anno 1481 Ordinatione 8.
quamque severas poenas in illos statuerit, et infligere (: si
datum fuerit :) sit paratus, tanquam in eos, quos velati pro-
priae vocationis desertores, non solum loco habet, sed ut
suos et Reipublicae hostes plane aversatur. Itaque tibi districte
praecipimus, ut per Encyclicas Literas (: quibus hanc eandem
Epistolam Nostram inseri volumus :) ad omnia, et singula istius
Congregationis Coenobia dirigendas, universos con Fratres ad-
moneas Officij tui, ut nulla ratione publicis istius Regni re-
bus se immisceant, multoque magis summo studio diligentis-
sime caveant a quacunque vel minima praebenda occasione qua
in suspitionem venire Communi cum rerum ac perturbatorum vocari
possint; publicam vero tranquillitatem a Deo nam benedictio-
nem tibi impertientes, in tuis precationibus una cum tuis Nostris
habe commendatos Romae 19 Februarij 1792
PVAR
Conservus in Dno
Fr. Joannes Thomas de Boxadors
Mgr Ordinis

Itaq Fres mei carissimi sicut semper obedistis non in praesentia mei tantum sed multo magis nunc in absentia mea omnia facite sine murmurationibus, et haesitationibus ut sitis Filij sine querela. Caveatis vos implicare Negotijs saecularibus qui Deo militare vos consecrastis, et Deus pacis et dilectionis qui habitat in vobis etiam hoc modo custodiat vos ex vobis. Mandamus autem Omnibus Superioribus Nrae Congnis, ut Encyclicam hanc una cum insertis Literis Rmi faciant publice legere ad mensam coram Omnibus (: nemine excepto :) simulq obligamus, ac conscientias eorum Oneramus ut haec ab omnibus Fratribus curae sua subiectis diligentissime observari studeant, ac Encyclicam hanc intra viginti quatuor horas ad proximiorem Contum expediant, diemq expeditionis sicut et receptionis in Encyclica hac notent quam in Librum Encyclicarum inscriptam esse volumus, nobisq tempore Visitationis sub poena absolutionis praesentari mandamus.

Nosq una cum totis vestrisq Orationibus Deo commendate Valete in Dno. Datum in Ctu Nostro Czartoriscen. Sta Crucis Ano Dni 172. 26 Aprilis

Conservus in Domino Fr Victor Gartner Prov.lis et Comm et Visitator Glis

Fr. Victor Gartner Sacræ Theologiæ Magister Vicarius et Visitator Generalis Congregationis S. Ludovici Bertrandi in Polonia Ordinis Prædicatorum.

In Dei Filio sibi Dilectis Admodum Reverendis Patribus Prioribus Vicarijs Præsidentibus Vicarijs nec non Universis Patribus ac Fratribus Ejusdem Ordinis et Congregationis Salutem et Constantem Mortis memoriam.

Expeditæ sunt ad Nos Literæ Reverendissimi Patris Magistri Generalis, quibus Vobis Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi Commutationem Vitæ temporalis pro perpetua Serenissimi Regis Sardiniæ Emmanuelis significaremus, Nos ejs veluti Funesta Face atententesque quâ animum et Cor Vestrum ad mutuam Compassionem excitaremus, jacturam tam boni, et Communem Reipublicæ Christianæ Luctum vobis sine mora nuntiare non desistimus, et gementi ad gementes, et dolenti condoleatis. Literæ autem sunt sequentes.

Fr. Joannes Thomas de Boxadors Sacræ Theologiæ Professor Ejusdemque Ordinis Humilis Magister Generalis et Salutem et Mortis recordationem.

Quam Optimi cujusque Principis mors dolorem bonis omnibus, pro Communibus cum Reipublicæ tum vero maxime Ecclesiæ rationibus, sua sponte afferat; non dubitamus, quin Luctuosus vobis Serenissimi Caroli Emmanuelis Sardiniæ Regis, decessus acciderit, de quo nuntij ad plerosque vestrum ante pervenerint, necesse est, quam Nostræ Literæ ad vos deferri possent. Ecquis enim est in Catholicorum Reipublicæ tam additus, tamque rerum pervulgatarum, Sermonisque communis expers locus quam hoc Annorum Quadraginta, eoque amplius, diuturno spatio, quamdiu ille feliciter Regnum tenuit, multarum ejus, atque insignium virtutum non sape fama pervaserit, inprimis autem Religionis, cujus tanta excelluit laude, tam eximia tamque Constanti. Quamquam si verè æstimare volumus quæ excellens ejus Religionis virtus bonorum Omnium voluntates viva admiratione atque amore devinxerat, ea ipsa facit, ut Funus ejus, non tam dolore, ac lachrymis pro desiderio, proque Communi humanitatis sensu; quam propter Christianam, magnam spem, adeptum eum esse Sempiternam Felicitatem, quam amittere deinceps nequeat, gratulatione debemus prosequi.

Namque, ut hujus ipsius Spei in vobis excitandæ gratia, de magnis ejus virtutibus, vel pauca commemoremus, quam duæ eximiæ res potestas, atque felicitas, mortalium efferre animos, ad superbiam soleant: contra ille in Summa Potestate, et in Diuturni Imperij constanti Felicitate, ita ab omni supercilij elatique animi vitio abfuit, ita et faciles ad se aditus volebat esse, et adeuntibus benignumque esse, comemque incredibili quadam lenitate præbebat, ut Imperio ejus Subjecti, non tam Regem quam Parentem alloqui sibi ipsi viderentur, externi autem quique tanta Principis humanitate devincti eam ubique summis laudibus celebrarent.

Itaque præclare in eum convenit, quod de Theodosio Magno S. Ambrosius quum Funebri eum laudatione ornaret, magnopere prædicavit; Quid præstantius fide, Principis, quem non extollat potentia, superbia non erigat, sed fides inclinat. Quantum est deponere terrorem, potentiæ præferre suavitatem gratiæ, quo ille tantæ benignitatis, suavitatisque instituto perpetuo suo non illud solum consequebatur, ut Regiam potestatem, cum Christiana animi demissione, cum hominum pari secum Naturæ ac fidei Conditione viventium Charitate pulchre Conjungeret, sed etiam ut ex adeuntibus quos ipse Majestatis conspectus propter reverentiam timidiores ad eloquendum redditura erat,

In Nomine Dni

Fr. Victor Gebner Scae Theae Magr Vicarius et Visitator Gnlis Congis Sancti Ludovici Bertrandi in Polonia ords Praed.

In Dno Filio sibi dilectis RR. Adm. PP. Ex Vicariis Gnlibq Prioribus, Praesidentibus, nec non Vicarijs Conventuum ejusdem Congis et Ords salutem Divinae Regularis Observantiae promovendae animum singularem.

Etsi pertaesa solicitae Charitatis Nostrae posuimus experimenta, quae Congregationem ex tam afflicto statu, in quo merens latebat, eduxerimus, ac non solum maculam ante actae culpae abstergere verum etiam ad recuperanda Gratiae Prioris bona aditum sedulum fecerimus, nunquam tamen pace mentis fruebamur plenius, quousq Damnatarum horum Comitiorum Congressum vertiet Dietae Licitum et liberum non experiebamus. Quare cum a Supremo Ords Nri Provisore Rdmo Patre Magro Gnli Nobis Authenticum Testimonium sit transmissum quo Dietam in Conto Ulysseolien Capitulariter ex Gratia Speciali celebrari concedit. Vobis in Maiorem Spiritus Consolationem Copiam Testimonij hujus communicare non differimus quod est tenoris sequentis

Nos Fr. Joannes Thomas de Boxadors Scae Theae Professor ac Totius Ords Fratrum Praedicator humilis Magr Gnlis et Servus.

Tenore praesentium Nostriq Authoritate Officij ob intervenientia rationabilia quaedam impedimenta dispensantes et differentes a die alias solita celebrationem Dietae Congis Nrae S. Ludovici Bertrandi in Polonia ad diem 20 mensis Septembris Anni currentis RR. PP. Vocalibus potestatem facimus sese ad praedictam Dietam in Conto Nro Ulyssolien Capitulariter Congregandi, atq juxta morem Congis nostrae de Omnibus pro regenda atq in debita regulari disciplina, pace, quieti, perfecta Concordia Conservanda ista Congre Nostra Nobis pro Legitima Approbatione ac Sanctione proponendis subjectis serio mature et Conscientiose atq omni parte in studio tractandi

Tractandi. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Quibuscunq̃ de Injunctis ac Datt. Romae in Conv.tu Nro S. Mariae Supra Minervam d. 21 Maij A.o 1774.

Fr. Joannes Thomas de Boxadors
Mgr Ord.s

(L.S.)

Reg. Fol. ...
Fr. Raymundus Albrecht

Igitur RR. PP. ac FF. mei in Xto Dilectissimi et Socius paternae huic instructioni cor Vestrum Studete exhibere, Sit Vobis Unitas mentium ad Consolandum Pietas actionum ad merendum, pax et Concordia ad recte concludendum et Religiose vivendum, ut ex operibus Vestris juste factis, gloriam et laudem in Dño reperietis.

Authoritate ergo Officij Nostri Tenore praesentium Omnibus RR. Adm. PP. Vocalibus Prioribus Praesidentibus, et Vicariis ad mor. cum electis Conventuum Sociis quibus ex Consvetudine acceptata eos habendi est ad missurum Mandamus ut pridie Septembris Anni praesentis ad Celebrandum Dictam Capitulariter in Conv.tu Wysoczkien compareant ad quam omnes Praefatos RR. Adm. PP. officiorum hac Nrã Encyclicâ Convocamus, Benedictionem Nram Paternam ad prosperũ iter arripiendum Annectimus.

Ne verò quisqm Fratr. Nror. sub Titulo Colorato Paternitatis aut quovis alio praetextu ad Dictam Praefatam sine expressâ Nrã Licentia accedat sub Praecepto Frli et in Virtute Spiritus Sancti, et SS. Obedientiae omnibus et Singulis jure Carentibus adesse Dictae inhibemus idq. sub Poenis in Constitutionibus expressis, et a Nobis certo infligendis Pariter removemus ab eadem Convocatione Professores cum suis Conclusionibus, et abesse eos volumus cum hic adesse requirat officium Vicarij per Institutionem Dicti quem nondum esse sic institutum est manifestum.

Insuper Obligamus omnes et singulos Religiosos PP. et FF. Conventuum Nostrorum ut pro felici Successu Dictae regularum observantiae incremento, ac exaltatione Nrae statu per id tempus Continuas fundant ad Deum preces. Praeterea mandamus omnibus Superioribus locorum ut afferant Cathalogos Obitus Frum a Praecedenti

procedente Celebrata Dieta et ore Encyclicam pe
Mensam faciant Omnes Superiores
tam Nostrae Subjectos monemus in Librum Encyclicarum
inscribant, eamq intra 24 horas ad viciniorem conven
tum sub absolutione ab Officio aliisq Poenis arbitrariis
remittant. et hoc In Nomine Patris et Filij et Spiri
tus Sancti Amen Quibuscunq de Inquorum Fidem de
Dedimus in Conventu Nostro ... 2da July Anno
1777. Conservus in Dno

47

(L. S.) Fr. Victor Gatner Magr et Vic
Cong. Gnlis mppa

Reg Pag 8

Fr Thadeus Rosa S. Theolr
Socius, et Secretarius
mppa

Fr Victor Gartner Sacrae Theol Mgr Vicarius et Visi
tator Gnralis Congnis S. Ludovici Bertrandi in Polonia
Ordinis Praedicatorum

In Deo Filiis sibi Dilectis AA: RR: PP. Ex Vicarijs Praesidentibus
Vicarijs nec non Universis Patribus ac Fratribus Ejusdem Ordinis et
Congnis Salutem et Constantem mortis memoriam.

Expeditae sunt ad Nos Literae Reverendissimi Patris Mgri Gnralis, quibus
vobis Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi Commutationem vitae tem
poralis pro perpetua Serenissimi Reges Sardiniae Emmanuelis Signi fica
remus. Nos ijs funesto veluti Face utentes quâ animum et Cor vestrum ad
mutuam Compassionem excitaremus:! factorum tamburi, et Communem
Reipublicae Christianae luctum vobis sine mora nunciare non desistimus, ut
gementi adgemalis, et dolenti Condolealis. Literae autem sunt sequentes.

Fr Joannes Thomas de Boxadors Sacrae Theol Professor Ejusdem
Ordinis Humilis Mgr Gnrlis et Salutem et Mortis recordationem

Quam optime cujusq Principis mors dolorem, paris omnibus, pro Communibus
tum Reipublicae, tum viro etiam Ecclesiae rationibus, sua sponte afferat, non du
bitamus, quin Luctuosus vobis Serenissimi Caroli Emmanuelis Sardiniae Regis
decessus acciderit, de quo Nuntij ad plerosq Vestrum ante pervenerint, necesse
est, quam Nostrae ad Vos Literae deferri possent. Atquis enim est in Catholico

rum

Reipublicae tam addictus, tamq' rerum pervulgatarum Sermonisq' Communis expers Locus quam hoc Annorum quadraginta, eoq' Amplius diuturnae Spatio quamdiu ille feliciter Regnum tenuit, multarum ejus, atq' insignium virtutum non saepe fama pervaserit, inprimis autem Religionis, cujus tanta excellens laude, tam Eximia, tamq' constanti? Quamquam si vere aestimare volumus quod excellens ejus Religionis virtus bonorum omnium voluntates viva admiratione atq' Amore devinxerat, ex ipsa fuit, ut Funus ejus non tam dolore ac Lachrimis prosequeremur, proq' Communi humanitatis Sensu, quam propter Christianam Magnam Spem adeptum eum esse sempiternum felicitatem, quam amittere deinceps nequeat gratulatione debeamus prosequi. Namq' et hujus ipsius Spei in nobis excitandae gratia, de Magnis ejus Virtutibus vel pauca commemoremus quam clara maxime res potestas, atq' Felicitas mortalium efferre Animos ad Superbiam soleant, contra ille in Summa Potestate ac diuturni Imperii constanti felicitate, ita ab Omni Supercilij elatiq' Animi vitio abfuit, ita et faciles ad se aditus volebat esse, et adeuntibus benignumq' esse comemq' incredibili quadam lenitate praebebat, ut Imperio ejus Subjecti, non tam Regem quam Parentem alloqui sibi ipsi viderentur, ceterum autem qui tanta Princeps humanitate, decentius eum atq' summis Laudibus celebrari

Itaq' praedicari in eum convenit, quod de Theodosio Magno S. Ambrosius quam funebris cum laudatione ornavit, magnopere praedicavit, Quid praestantius fide, Principis quem non extollat potentia, superbia non erigat, sed fides inclinet, Quantum est deponere terrorem potentiae proferre suavitatem conciliare gratiae Quo ille tanta benignitatis suavitatisq' instituto perpetuo suo non illud solum consequebatur, ut Regiam potestatem cum Christiana Animi demissione cum hominum pari suum natura, ac fidei conditione viventium Charitate quadam conjungeret, sed etiam ut et adeuntibus quos ipse Majestatis conspectus propter reverentiam timidiores ad eloquendum redderet Colloquij tanquam Communem familiaritatem creatura erat per illam, faciles veritatem comperiret, quod exquisitissimis confirmatisq' rerum veritatem facilius comperiret, et ad recte administrandam Rempublicam non parum prudentiae erat, et ad recte administrandam Rempublicam non parum in mente habebat. Jam a voluptatibus, atq' delicijs quarum illecebras in magna facultate, et praesertim impunitate proposita, atq' ubi non Animus insigni facultate superare sola Religionis potest, sed ille aliquo vitio aliorum rapitur, superare sola Religionis potest, sed ille atq' nus perpetua fuit illa vita, ut vel ijs ipsis delicijs quae ad honestam Corporis educationem Animiq' fere necessariam levationem pertinent, non nisi moderatissime, parcissimeq' uteretur. Namq' in Functione Regij muneris totus mente aciemq' defixus in eam maxime incumbebat curam, ut accuratissime obiret partes omnes, in Summo illius Loco, in quo Dei Providentia erat Collocatus, atq' in ipso id spectans, ut munus suum quam integerrime, quam Religiosissime fungeretur non solum assiduitate ac vigilantia Regni felicitati consulebat, sed etiam Subjectos Populos non magis Authoritate et Imperio quam suo ipse Modestiae ac Religionis exemplo in Officio Continebat, Neq' minus in Regis, quam in Patris Familias sustinendo munere Religiosa illius diligentia Spectata est. Regiam enim Prolem charissima sibi atq' suavissima pignora ad virtutem, ad Modestiam ad Sanctimoniam informare, quod praecipuum Patris Familias est munus, tanta cura sedulitate Studio operam dedit, ut in Regia Familia suspicerent Omnes tanquam insigne exemplum veteris Continentiae, neq' ulla privati cujusquam Civis vel castigatissima Domus esset quae superaret Regiam Prolem

Disciplinæ ac Modestiæ Laude. Itaq' Divina quidem Ope, sua autem diligentia tali auctus est Sobole, in qua magnifice splendent perpetua Serenissimæ Sabaudiæ Domus, ac hæreditaria quodammodo Sanctimonia comperta Omnibus Beatorumq' Avorum Amedij [illegible] Ducis et Margaritæ monumentis illustribus insignita.

Sed illud inprimis Caroli Emmanuelis memoriæ gloriosum est, dictuq' pulcherrimum, quod in medijs tot, tamq' assiduis rerum magnarum curis, Christianæ exercitationi multum et operæ, et temporis impertiebat (ut plane appareat quod a voluptatibus abstinentissimus, Regijq' muneris diligentissimus fuit non tam ex bonitate naturæ quadam, aut ex magnitudine Animi (qua erat præditus) quam ex Religionis præcepto fuisse; Nimirum rectissime atq' verissime existimabat, ita sibi humanarum rerum curam esse sustinendam, ut primas semper partes Divinæ Religioni daret, et vero labore temporis, roburq' Animi utriq' Officio suppeteret ab omni voluptatum distinctum caveret; itaq' Christiana vitæ ratione sibi quodammodo rebatur, ut Religionis diligentissima exercitatio non occuparet, tamen tempus Regni rationibus debitum, quinimo ad ipsius felicitatem Regni tam propitiando Deo, tum etiam exemplo proficeret. Ex quo ejus singularis Religionis studio illa quoq' extitit in Ecclesiam pietas, quæ eximia quædam, atq' perpetua visa est, hujusq' causa Ecclesiasticos Viros cum sanctitate morum dignitatis sed quam eminerent Regem ipsum tantopere revereri.

Verum Religiosissimi Regis Laudum multo amplior est campus, quam ut eas brevis Epistola complecti possit, has autem quas indicavimus, sic accipi a Vobis volumus, tanquam significationem, ac monumenta summa quædam ex quibus possitis cæteras existimare, sed de præcipuis ejus in Nostrum Ordinem beneficentia tacere nec possumus, nec debemus. Ex quod fuit Regiæ beneficij genus quo non ille Ordinem Prædicatorum prolixe ornavit? Manet apud vos etiamnunc memoria Eminentissimi Cardinalis Patris huj[us], ipse beneficium Ordini iterans, quod is ante a Serenissimo ejus Parente in Alumno suo Cardinale Ferrerio acceperat, ab Apostolica Sede honorem illum amplissimum postulavit. Ecclesijs quoq' quamplurimos quidem Episcopos ex eodem Nostro Ordine præficiendos delegit. Quam multos Nostrum in Regia Academia Sedibus detulit. Quæ res cum honestissima Ordini ipsa per se, tum vero multo magis causa fuit, quam ob causam a Nostris maxime defendendam putabat Doctrinæ nimirum S. Thomæ Aquinatis egregie quod apud eum erat quamq' palam præseferebat, planeq' singularis existimatio qua quidem nihil Ordini poterat jucundius accidere, cujus hæc gloria est veluti propria, ac veluti Patrimonium Divinitus traditum Angelici Doctoris Præceptoris colendæ perpetuum studium, et doctrinæ retinendæ, tuendæq' professio. Denique sic testificamur hoc omni intervallo temporis, quamdiu Nostro Ordini præsumus, in Omni ejus Regno, ac ditione, nullam alicujus momenti rem actam esse, quæ aliquomodo ad rationes Ordinis Nostri pertineret, de qua non ante Nos Consilij sui participes benignissime fecerit, nostramq', prout negotij cujusq' natura erat, seu sententiam, seu operam acquisierit, quam cum præstitissemus ita accipiebat, totq' rursus singularis benignitatis significationibus dignabatur, quasi beneficium non contulisset ipse, sed accepisset. Cujus quidem tam egregiæ propensæq' erga nos voluntatis, ita et proprio Nostro, et Communi Ordinis Nomine Obstricti, atq' devincti sumus, ut ejus apud nos memoriam grati Animi Nostri sensus nulla deinceps longinquitas temporis sit oppressura.

At enim quamquam pro Incliti Regis Meritorum magnitudine desiderium ejus triste accidit, in hoc tamen tanto luctu consolatio est duplex, utraq' vero magna, primum quod de sempiterna ejus felicitate quod supra diximus, non modo bene sperare, sed plane etiam confidere possumus, et vero etiam debemus deinde quod hendem reliquit non minus Regni, quam pietatis Religionis virtutumq' reliquarum suarum Victorium Amadeum 3 Pium Felicem Optimum Principem, a quo tot jam habet Ecclesia non indicia solum, sed pignora certa munificae Religionis, tot prudentissimi atq' excellentissimi Respublica, Ordo autem Noster propensæ in se, pro suaq' egregiæ voluntatis et non ostentus Pater, sed in tam rebus omnibus simili filia conservatus atq' innovatus esse videatur. Ac Nos suorum Judicem qui Justitias Judicat, hoc idem rentes, quod hujus pietatis et pro Ordinis Consuetudine et pro grati Animi officio scribendi fuit causa, omni tota Ordini celebrandum indicentes praecipientesq' etiam singulis Templis Nostris publicè qua primum die per Ecclesiæ legitimos ritus licuerit, pro Animæ ejus sempiterna requie rei Divinæ cum cantu fiat, Officium Defunctorum in Choro recitetur. Sacerdotes vero singuli ita uti in more est peritum Missæ sacrificium celebrent, Fratres vero Conversi tertiam partem Rosarij persolvant. Hanc Spiritualis occasionem, eandemq' pietatis et grati Animi causam suntè ab unoquoq' Vestrum magnopere etiam atq' etiam petimus ut pro Victorio Amadeo 3 Religiosissimi Regium diuturnitate ac Felicitate Imperij obsecretis Deum propensisq' assiduis precibus ut eum una cum serenissima Regina Conjuge cum Regia Prole, ac Ecclesiae tutelam ad Reipublicae tranquillitatem, atq' gratulationem Ordinis Nostri, quam diutissime incolumem atq' in columenem servet. Valete Nostri vestraq' Sponsionumq' Nostrarum memores.

Datt Romae in Conventu Nostro S. Mariæ super Minervam 5 Diebus Martij Ao 1773 Fr Joannes Thomas de Boxadors Mgr Ordinis

Reg: Pag. 3.

Fr Raymundus Albrecht Mgr et Socius

His ergo pietatis Officijs in Litera per lecta expressis Animam tanti Principis salutis festinante RR. ac Fres mei dilectissimi quibus Animas Defunctorum Ecclesia juvari commendavit ut meritis sibi in vita Comparatis post mortem valeat prodesse valeatis, Sancta enim et salubris est cogitatio exorare pro Defunctis ut a peccatis solvantur.

Mandamus inde per Vobis ut praedictas preces juxta praeceptum formaliter in Ecclesia exposcam, quam citissime absolvantur Encyclicaq' per lectam intra viginti quatuor horas aut commodiori occasione ad proximum Conventum remittantes diemq' expeditionis sicut et receptionis in Libro Encyclicarum exprimite atq' tempore Visitationis Nostrae sub poena absolutionis ab Officio Nobis praesentari mandamus. Valete in Domino, Nosq' una cum Suijs Nostris Orationibus Vestris commendate. Datt in Conventu Nostro Sidroviensi 4te 8 Maij Ao Dni 1773

Conservus in Domino (L.S.) Fr Victor Gertner Mgr et Vicarius Gnlis

Reg. Pag. 33.

Fr Thadeus Rosa S. Th. Lr et Socius

Fr. Victor Gartner Sacrae Theologiae Magister Vicarius ac Visitator Generalis Congregationis S. Ludovici Bertrandi Ordinis Praedicatorum in Polonia

In Dei Filio sibi Dilectis RR. PP. ac Fratribus ejusdem Congregationis et Ordinis Salutem nec non Spiritum Orationis et Vocationis

Ineffabilis Divinae Misericordiae Bonitas, quae in nostra a Nobis hominum inimicorum Animo Constituti, mirabiliter per ejus gratiam et quamus de Condutamus, dedit Nobis occasionem iterum scribendi ad Vos PP. ac Fres in Christo Dilectissimi qua vos ad Orationem excitaremus, ut sitis in Fide et Spe Stabiles, ne vos in Cautos apprehendant pericula ea tempora quae jam instare videtis. Rem abundantius ex Litera Illmi ac Excellentissimi Domini Nuncii Apostolici percipietis in qua simul pium ejus animum erga Religiosos, quo eos in Religiosa Vita vivere et proficere desiderat et in explicabilem ejusdem sollicitudinem ne propter adversa deficere Contingat. Legitur est autem tenoris sequentis.

Admodum Reverende Pater

Cum ex Nonnullis Locorum, praesertim Protestantium falsus rumor in has Regiones irrepserit de quadam asserta Reformatione vel potius destructione Religiosorum Ordinum, Apostolici mei muneris partes esse censui. Paternitatem Vestram admonere, ea omnia ab hominibus à nostra Communione sejunctis, vel eorundem Ordinum Osoribus fuisse conficta, ne quidem igitur in Cautum humana hac tentatio apprehendat, atque ideo circa in Vocationis suae fervore tepescat, Placeat Paternitati Vestrae in Universis Provinciae suae Conventibus hoc edicere, atque adeo eorum hujus meae Epistolae Exemplum mittere, Imo Omnibus et Singulis Religiosis suis serio injungat, atque etiam Virtute Sae Obedientiae districte praecipiat, ne hujusmodi importunis sermonibus ac rumoribus ullo modo faveant. Quin etiam Magis satagant ut per bona Opera Certam eorum vocationem et Electionem faciant. Si quo Divino Cultui et Ecclesiae Ministerio ac propterea Rei publicae etiam Polonae utiliores in dies reddantur, Rogamus Vos Fres ut abundetis Magis et Operam detis, ut quieti sitis, ut Vestrum Negotium agatis, et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. [1 ad Thess. IV 10] Interim Paternitati Vestrae fausta Omnia ac Salutaria ex Animo apprecor. Datt. Varsaviae 4 Xbris 1773

Adm Rnde Pti Vrae

Officiosissimus ad Omnia

Josephus Arch Eppus Berylen

Nuntius Aplicus

Itaq' RR. ac Fres in Christo Dilectissimi, nolite credere omni Spiritui sed probate Spiritum si ex Deo est, et si vere quaerit Deum. Multi enim Seductores exierunt in mundum qui seducunt vos. / de quibus scripsi Vobis / Vos autem Unctionem accepistis a Sancto, ne ejs credatis sed sine timore inimicorum Vestrorum in Sanctitate et Justitia omnibus Diebus vitae Suae Ei serviatis. Mandamus autem Omnibus Superioribus Nostrae Congnis ut Encyclicam hanc faciant publice legere ad Mensam, eamq' intra viginti quatuor horas ad proximiorem Conventum transmittant, Diemq' ad plationis, nec non receptionis quilibet Superior in eadem Encyclica exprimat, et Nos de his per Literas Certiores faciant, quam in Librum Encyclicarum inscribendam esse volumus. Valete in Domino memoresq' Nostri in Orationibus Vestris estote. Datt in Conventu Nostro Fr. Varsaviensi d. 15 Xbris 1773

Conservus in Domino Fr Victor Sartner
Mgr Vicarius Gnlis
mp
Reg. pag. 41a.
Fr Thaddaeus [illegible] Sa Thae L.
Socius mpp

In Nomine Domini

Nos Fr Victor Sartner Sae Thae Mgr Vicarius et Visitator Gnrlis Congnis S. Ludovici Bertrandi in Polonia Ordis Praedicator

In Dei Filio sibi Dilectis Universis RR PP et Fratribus Ejusdem Congnis et Ordis Salutem et gaudium cum exultatione Spiritus nec non gratiarum Actionem Deo P. ter JEsu Christo Domino Nostro.

Duplici ex ratione Nos impellit Charitas scribere Vobis PP. ac Fres mei in Christo Dilectissimi, una quâ Communi Ecclesiae bonum, Felicissimam videlicet Summi Pontificis Pij VI Electionem Vobis absq' mora nuntiaremus, et ad mutuam Cordium exultationem provocaremus, Altera qua pro felici Statu Sae Rae Ecclesiae, nec non in Columitate, ac tranquillo Regimine nec Electi Summi Pontificis ex Mente Excellentissimi Domini Nuntij Aplici preces et Observationes facere Vobis Commendaremus, quarum praescriptum Modum ex Encyclica ad Nos data et Vobis transmissa addiscetis et percipietis Quae est tenoris sequentis.

Admodum Reverende Pater

Placuit tandem Omnipotenti Deo Plebem Christi Rectore suo jam diu orbatam Consolari ac Sae Rae Ecclesiae Omnium Ecclesiarum Matri et Magistrae Eminentissimum Cardinalem Joannem Angelum Braschi qui Pij VI Nomen assumpsit praeficere, Natus is est Caesenae Ditionis Ecclesiasticae Urbe in Provincia Romandiolae d. 27 Xbris Anni 1717 ex Patritia

Familia

Humanarum Divinarumque Literarum cum esset peritissimus, adscitus olim fuit a Cardinali Ruffo Sacri Collegij Decano et S. R. Ecclesiae Vice-Cancellario in Consiliorum suorum Arbitrum, seu ut vocant Auditorem. Tantum vir illis Amplissimis muneribus, ceterisque publicis rebus, tum Suburbicariis Ecclesiis administrandis, Doctrina, Prudentia, ac facilitate adjuvit ut Benedictus XIV sapientissimus ingeniorum aestimator, Cujus Eximij Viri operam Apostolicae Sedis Ministerio Arctius devincire, eundem in Cubicularium m[illegible] a num secretum assumpserit, quem postea in Ecclesiasticis Civilibusque Negotijs continenter adhibuit. Canonicatum etiam in Basilica Principis Apostolorum Romanus idem Pontifex Ei contulit, cujus Officij muneribus perfunctus est usque ad Annum 1766 atque tam sedulo, ut nihil supra. Nullum enim intermittebat diem, quo minus Divinis Officijs tam Matutinis quam pomeridianis [illegible] horis praedictis decantandis esset, ac sacrum legeret. Testis ego ipse sum, qui ejusmodi quoque Canonicatu ornatus tanti Viri pietatis diligentiae ac sapientiae exemplum ante Oculos propositum semper habebam. Auditor deinde in S. R. Ecclesiae Camerariatus Officio a S. M. Clemente XIII assignatus fuit Eminentissimo Hieronimo Columnae ejusque item Successori Eminentissimo Carolo Rezzonico, qui ejus et Doctrinam et integritatem, et in rebus agendis solertiam expertus, atque admiratus Auctor fuit ut a Patruo in Supremum Camerae Apostolicae Praefectum designaretur. Tanta vero aequitate, ac solicitudine tum Juribus Camerae Apostolicae, tum Populorum necessitatibus, quâ vectigalium moderatione consuluit, praecipue [illegible] facilitate, qua Literarum ac Scientiarum, Commercij atque Artium Mechanicarum propagatione, quâ rei Agrariae incrementa consuluit, ut S. M. Clemens XIV, qui ejus quoque opera in [illegible] Novo Museo Vaticano Colligendisque Veteribus monumentis quibus illud exornaretur, usus maxime fuerat, id inter paucos sui Pontificatus tempore Sacra purpura decoratos cum primis die 26 Aprilis Anni 1773 in Eminentissimorum Cardinalium Coetum selegerit. Verum in Laudem suorum praedictorum breviter id sufficiat, quod licet plures alij et aetate et Cardinalatus [illegible] praecederent, extarent, nihil omnino [illegible] Collegio [illegible] temporis Universalis Ecclesiae gubernaculum [illegible] Acta habeo 15 Mensis Februarij proxime elapsi [illegible] Sacri Collegij Consensione ad Apostolicam Cathedram evectus est.

Quoniam vero ordinatissima totius Ecclesiae Caritas in Petri Sede Petrum suscepit et stantem tamen Pastorem, qui in Persona sui [illegible] heredis, S. Leo Serm. [illegible] de [illegible] assumptione, non dubito quin A. R. V. pro devoto Sua Religionis affectu rationem hanc [illegible] capiat laetitiam, ejusque totae tuae Familiam sibi commissam participem in Domino efficiat, religiosum enim est Nobis atque laudabile de promotione S. Summi Pontificis, quasi de proprio honore [illegible] celebrantes in tota Ecclesia tempore Pontificij Sacramentum, quod effusi benedictiones unguento [illegible] quidem in superiora profluxit, sed non parce etiam in inferiora descendit S. Leo Serm. [illegible]. His de causis suadere mihi facile passum fore, ut A. R. V. pro Sede Officij capacitate sua omnibus in ista Provincia [illegible] Subjectis Familijs sibi Commissis Solemnes gratiarum Actiones indicant, praescribatque ut in singulis istius Ecclesijs Statuta die post [illegible] in praecedentibus Campanarum pulsationes Missa [illegible] Ecclesiae modulo celebretur de Cathedra S. Petri [illegible] Januarij cum Collecta Deus Omnium Fidelium et cum Cantu Hymni Ambrosiani post Missam. Ego vero Illmis Ordinarijs Locorum jam significavi,

Ne Omnibus et Singulis utriusq[ue] sexus Christi Fidelibus qui adstiterint, Deumq[ue] Omnipotentem oraverint pro Felici Statu S[anc]tae Ecclesiae ac Novi Summi Pontificis incolumitate et prospero Regimine trecentos dies de in[iunc]ta sibi poenitentia Authoritate legationis Ap[osto]licae qua fungor relaxare in Domino et condonare, Singulos vero Sacerdotes hortari et admoneri ut eandem Collectam in Singulis Missis per integrum Sollenne Mensem devote recitent. Hac igitur Ecclesiae reverentiam sibi praestant, ut Sacerdotale sic honorentur Officium, quia tanto plus reverentiae habet Ecclesia dignitatis quanto Sacerdotale Officium plus honoris Sermo 376 in Append: T. V. Oper: S. Augustini Eccl. Patris Anno 1683

Atq[ue] tandem Ad[modu]m V[ene]r[abi]li Vestrae fausta quaeq[ue] et Salutaria ad Animae Corporis Adm[odum] R[everen]dae V[estr]ae Ven[erabi]lis

Datt. Varsaviae d[ie] 23 Martij 1775
Officiosissimus ad Omnia
Josephus Archiepiscopus Berytensis N. Ap[osto]licus

Nunc ergo RR[everen]di ac Fr[atr]es in Christo mihi Dilectissimi ad munera pietatis quibus placari Dei Maiestas Consuevit Confugite, et Orationes Obsecrationes postulationes, atq[ue] gratiarum Actiones, quas fieri pro Omnibus in Sublimitate Constitutis Observat Paulus, ut tranquillam et quietam agerent vitam praecipue ... pro Capite Supremo Ecclesiae Sine intermissione Deo offerte ne in tam ad verso Statu Ecclesiae turbata Navicula Petri. Mergi fide et Regione adhaerentes absumamus undis, Sed in pace et tranquillitate viventes Laudemus qui est Benedictus in Saecula Deus Salvator Noster Dominus noster Jesus Christus. Mandamus autem Omnibus et Singulis Superioribus Curae Nostrae Subjectis Sub Praecepto Formali et in Virtute Sanctae Obedientiae ut gratiarum Actiones eo modo absolvere satagant quo sunt in Libro Evangelico ad Vos Missa expressa. Sub eadem Praecepto Formalis ... Vigilias Unius Nocturni et Officio Defunctorum una cum Missa Cantata pro Anima Ill[ustrissi]mi Domini Ignatij Ryi...ki Castellani Vitebscensis Insignis Benefactoris Totius Varsaviensis absolvere Tandem volumus hanc Encyclicam Nostram non Solum inscriptam in Libro Encyclicarum habere, sed ad proximiorem Conventum quam citissime expedire, diemq[ue] expeditionis, et receptionis numeri publici fuisse lectam annotare. Valete in Domino Nosq[ue] cum Fr[atr]ibus Nostris Precibus Vestris Deo Commendate Dedimus in Conventu Charto...siensi d[ie] 29 Martij 1775 Anno

Conservus in Domino
(L. S.)

Fr. Victor Gartner
Magr Vicarius G[ene]ralis

Reg: Pag 3tia

Fr. Eugenius Zawadowski
Socius Officij Vicarialis m[anu] p[ropria]

Nos Fr. Victor Gatner Sae Thae Mgr Vicarius Glis Congis S. L. Bertrandi Ordis Praed. in Polonia

In DEO Filiis sibi Dilectis RR. PP. Prioribus Praesidentibus, Vicarijs, Caeterisq Fribus Ejusd Congis et Ordis salutem et constantem Orationis spiritum.

Quam molestè animo, ex diuturna ardui Officij Nostri administratione, nimiam partem propositebamus ad spem nostram futuram requiem, tum ex adversa sorte Deo sic volente, quam ad idem genus tribulationum per assumptionem Officij Vicarialis revocamur ad DEUM exclamare cogimur. Heu nobis Domine, quia incolatus noster prolongatus est, Cegeris enim hoc videat justam et aequam ad DEUM Nostrum esse exclamationem, qui undequaque jam jam pendente supra Nos cuspide totum Annum quatuor cursum in continuo mortis metu. percurrimus, nunc incendio media nocte supra Conventum irruente et omnia exurente, nunc aquis diluvij cursum Nostrum inundantibus, nunc peste, et hoste in medio Nri grassantibus ad extremum et morbo urgente valetudinem non solum Nostram, sed et horum, quos in solatium itineris et obsequij Nostri in Socios assumpsimus, sed non et alijs multis Crucis passionibus et tribulationibus, et si tam multis Spinarum aculeis discerpti, iterum pro DEI Gloria, honore Ordis et Frum Nostrorum Congis Charitate ad paria si non majora summae Obedientiae trahimur subeunda certamina a quibus nec solvere propter modicam vitae corruptibilis commoditatem. Fides Professionis Nrae obstat. Qua DEO Nro in holocaustum Nostris sponte obtulimus.

Quare, quae Nobis a Rectore Supremo, DEO sic disponente sunt praecepta humili reverentiae animo, et vobis sine mora legem communicavimus.

In DEO Filio sibi Dilecto A. R. Patri Mgro Fri Victori Gatner Provinciae Poloniae Ordis Fr. Pred.

Nos Fr. Joannes Thomas de Boxadors Sae Thae Professor, ac Totius Praefati Ordinis humilis Mgr Gnlis et Servus Salutem et felicis regiminis auspicium cordicitus exoptamus.

Congis Nostra S. L. Bertrandi in Polonia Vicariatam ad suum declinare terminum comperientes Graviores Patres, de Novo Vicario, et Pastore suo solliciti, et secundum Congis morem in Conventu Wysokiensi congressi 28 mensis 7bris anni currentis unanimi voto nobis conveni

enter

Conveniter facti sunt Supplices, ut te denuo illis in caput et Pastorem concederemus, ut poté cujus regendi placidum modum et maturitatem ammiq Probilitatem ac morum religiositatem experientia abunde comproba runt. Quorum proinde Petitioni eo libentius annuentes quo tuam in eodem gerendo munere prudentiam Regularis Observantiæ promovendæ Zelum Pacis firmiter restituendæ, suaviterq regendi dexteritatem ac maturam discretionem Spiritus sat compertam habemus. Tenore presentium Nostriq Authoritte Officij Te supra Nominatum A.R.P. Magrum Frem Victorem Gatner Absolventes prius ab omni vinculo Excommunicationis, aut quovis alio, si quo forsan presentium duntaxat effectum rité consequendum existeres præpeditus canonico impedimento denuo damus, facimus, et instituimus, datumq factum ac institutum Declaramus Vicarium Gnlem Congis Nræ S. Bertrandi in Polonia ad Aliud Corvectum triennium, cum omni et in omnes Dictæ Congis Nstræ Personas Curæ Nstræ subjectas Potestate et Authoritte omniq ea tum in Spiritualibus, tum temporalibus Jurisdictione et facultate qua Cæteri in Ordine Nstro legitimé instituti Vicarij Gnles potiri solent ac debent. Præcipientes Tibi in Virtute Spiritus Sancti, et sub Ae Obedientiæ frli Præcepto ut hoc Vicariatus Gnlis Officium pro tempore consueto denuo inte modeste suscipias, illudq pro more tuo, ad commune Congis bonum, firmiusq Pacis et Fraternæ Concordiæ stabilimentum ac majus Regularis Observantiæ incrementum administrare satagas. Sub eodem frlis Præcepti rigore mandamus illam omnibus et singulis Præfatam Congregationem Nram quomodo spectantibus et ad curam Nram pertinentibus, ut Te tanquam legitimé a Nobis institutum Vicarium Gnlem Caput et Pastorem suum, recipiant, agnoscant, et venerentur, tibiq omnem, et per omnia promptam exhibeant Obedientiam. In Nomine Patris, et Filij et Spiritus Sancti Amen. Quibuscunq &c. In quorum fidem &c. Datt. Romæ in Conv. Nro Supra Minervam 17 9bris Aº 1780

Fr Joannes Thomas de Boxadors Mgr Ord

Reg. Pag. &c.

Fr Raymundus Moretti
Mgr et Socius mppa

Cum ergo placuit illi qui me segregavit ex utero ad hoc Opus ministerij per Gratiam Suam denuo assumere Vos Patres ac Fres mei in Christo Dilectissimi Orationibus vestris pro me instate ad DEUM, ut quis pro salute Vestra missus.

Missus sum ab eadem infeliciter non decidam, sed in ea fideli administratione summe fundatus, de ea una Vobiscum 52
in DEO JESU Christo salvatore meo, in quo firmiter Credo per gratiam ejus, congaudeam Valete in Domino Nosq una cum Sociis nostris orationibus Vestris commenda te, mandamus autem omnibus Superioribus Curæ Nræ subjectis ut hanc Encyclicam ad mensam publice legere faciant, eamq in Librum Encyclicarum cum appositio Diei receptionis et expeditionis inscribant, atq sine mora et quam citissimé ad Centum proximiorem remittere curent Datt in Contu Nrô Fili Varsavien 4 9 Decembris Anno 1774

Conservus in Dnô Fr Victor Gartner Magr V.S. mppa

Reg Pag. 4ta

Fr Thadeus Rosa Sæ Thæ Lr socius et Secretarius mppa

Omnes Encyclicæ sunt Revisæ et ingrosatæ sub Tempus Actualis Visitationis 13tma Maj 1775 sub scribo

Fr. Eugenius Zawadowicz Socius Officij Vicar Gnal mpp

Licentia Celebrandi Diætam in Conventu Lublinensi Rssmi Patris Magri Gnlis Balthasar de Quiñones ex Originali Descripta

Fr Balthasar de Quiñones Sæ Thæ Professor, ac Totius Ords FF. Prædicatorum humilis Magr Gnlis, et Servus.

Universis et Singulis Fratribus Congregationis S. Ludov. Bertrandi eiusdem præfati Ordinis Salutem.

Ad Instantiam Adm Rndi Pris Magistri Fris Victoris Gartner Vicarii Nostri Gnlis prænominatæ Congrnis Tenore præsentium Nostriq Authoritate Officii facultatem Concedimus, ut in Conventu Nostro Lublinensi istius Congregationis hoc Anno currente die 23. Augusti Diæta cum omni libertate ac formalitate celebrari valeat, in qua Omnes et Singuli, quibus ad eiusmodi Celebrandam Diætam interveniendi ius Competit, in Summa pace, et Animorum concordia absq Omni prorsus strepitu de proponendis Nobis secundum

antiquam —

antiquam consvetudinem tribus idoneis subiectis, per vota secreta omnino eligendis, mature deliberent, eaq sic electa tria subiecta nobis mediante formaliter efformato scrutinio ad Nos transmittant prout iuris est, ut ex iis, quem magis idoneum existimaverimus ad Officium Vicarii Gnlis gerendum instituamus: In quem finē Omnibus et singulis Vocalibus in virtute Spiritus Sancti et Sub Sacræ Obedientiæ formali præcepto mandamus, ut non nisi tales tres proponant, quos in Conscientia Sua pro præfato digne administrando Officio magis idoneos et aptiores dignoverint. In Nomine Patris etc In Quorum fidem Hc Datum Romæ ad S. Mariam supra Minervam die 26. Aprilis 1778

Fr Balthasar de Quiñones
Mgr Ordis

(L. S.)

Regista fol. 2.

Fr Raymundus Albrecht
Mgr & Socius

Quismodi Eplo a concordat cu Originali

Fr Lucas Kulpinski Vicarius Gnlis Congr. S. Lud. Bertl. Ordinis Prædicatorū in Polonia

In Dei Filio, sibi dilectis Admm Rndis Pbus, cujuscunq Tituli Superioribus et Inferioribus Conventuum Fratribus ac Patribus Congrgtnis Nostræ S. Lud. Bertrndi, Salutem.

Præter expectationem meam, Onus Officij Vicariatus Generlis, imbecillibus humeris meis impositum, a Rndssmo Pre Magistro Generali Ordinis, filiali obedientia ferre cogor, cujs repetita Institutionis si antiquam nonnullos de Vobis ad Cætum Nostrum nobis Visum convocabo / Exemplar Vobis Patres ac Fratres mei dilectissimi præ oculis pono.

In Dei Filio sibi dilecto Adm Rndo Patri, Fratri Lucæ Kulpinski Ords Fratrum Prædr Congrs S. Lud. Bertrndi in Polonia, salutem

Nos Fr Balthasar de Quiñones Ss Thlæ Professor, ac ejusdem Universi Ords Prædr humilis Magister Generalis et Servus, Salutem, ac prosperi Regiminis auspicium cælitus exoptatum.

Congregationis nostræ S. Ludovici Bertr. in Polonia Vicariatum ad terminum inclinare comperientes graviores Patres, de novo Vicario et Pastore suo solliciti, et secundum Congregationis morem, Lublini Die 24. mensis Augusti congressi, tribus propositis, in Te primo ac præcipue, conjecerunt Oculos, utpote, cujus probitatem, religiositatem, et regendi maturitatem experimento noverunt, atq a nobis, ut Te Congregationis prædictæ Vicarium Generalem institueremus supplices efflagitarunt. Nos eorum æquæ petitioni annuentes, eo libentius quo Tuam prudentiam, observantiæ regularis Zelum, Morum integritatem, maturam

discretionem

53

discretionem, regendiq dexteritatem, nobis appromittimus. Harum serie, nostriq authoritate officij, Te supra nominatum Adm Rndum Prm Frm Lucam Kulpinski, absolventes prius, ab omni vinculo Excommonicationis, aut quovis alio, ad praesentium rite consequendum effectum, fortasis obstante impedimento canonico, damus, facimus, et instituimus; datumq factum, et institutum declaramus, atq decernimus Vicarium Generalem Congrs nostrae Scti Ludovici Bertrandi in Polonia, ad consuetum Trigennium, cum omni, et in omnes dictae Congregationis nostrae, curae subjectas personas personas, potestate et authoritate, ac in spiritualibus, et temporalibus Jurisdictione seu Facultate, quâ caeteri in nostro Ordine, legitime instituti Vicarij Generales potiri solent, ac debent: praecipientes Tibi in Virtute Spiritus S. et sub Sncta Obedientiae formali Praecepto, ut hoc Vicariatus Gnrlis Officium, pro tempore consueto, in Te, modeste suscipias, illudq ad commone Congrs bonum, et ad majus regularis observantiae incrementum, quam vigilantissime administrare satagas. Sub eodem Praecepto formali rigore, Mandamus Universis, et singulis curae nostrae subjectis, et ad praememoratam nostram Congregationem, quoquo modo spectantibus, ut Te, tanquam legitimum suum suaeq Congregationis Vicarium Gnrlm, reverenter agnoscant, Tibiq in omnibus et per omnia religiose pareant atq subdantur. In Nomine Patris, et Filij et Spiritûs S. A. Quibuscunq in contrarium etc. In quorum fidem, sui proprio officij nostri sigillo, munitis, propriâ Manu subscripsimus, Romae in Cntu nostro Sae Mariae supra Minervam Die 18. Mensis 9br. 1778.

Fr Balthazar de Quiñones Mgr. Ords mp (L.S.)

Regstr. folio 2. Fr Bartholomaeus Kowacs Mgr. Thlgus Caesareus et Proto Socius.

Nunc igitur Patres ac Fratres mei dilectissimi, Unanimi Cordis affectu feramur, in Deum Dm Omnipotentem, deprecantes Ejus Clementiam, ut nobis de fonte Misericordiae suae tribuat Vires, quibus suffulti, non quae sua sunt, sed quae Jesu Christi rite operemur ad majus Laudis Dei incrementum, Congrsq nostrae emolumentum. Valete in Domino. Meq inutilem Servum Vestrum ad Aras Dei, habete commendatum. Datt in Cntu nostro Premyslanensi Die 15. Aprilis 1779. Anno. Conservus in Domino.

Fr Lucas Kulpinski Vicarius Gnrlis Ords Praeds Congr. S. Lud. Bertrdi mp

(L. S. Congr.) Regstr. pag. 18.

Fr Edmundus Ogrodzinski loco socij.

Concordat cu Origali Fr Jucundus

Sub tempus Actualis Visitationis A.R.P.tis V. G. utraq hic post praeteritum subscriptionem cum Originalibus verificata Encyclica, de Verbo ad Verbum reperit ingrossata prout in Originalibus Jta Testor Fr Marius Rytberger Lr. Sac: Tsaeg. Officium: 20.10br. 1780 mp

Fr Lucas Rutpinski Vicarius Gnlis Congris Stti Ludovici Bertrandi Ordis Prdm in Polonia.

Indej Filio Sibi Dilecto Rndo Patri Germano Pieczykowski Ejusdem Ordis et Congris. Spiritum Humilitatis et Obedientiae

Cum Nobis certo Constet te Vdm Patrem Fr Germanum Pieczykowski Religiosae Obedientiae suae (: quam Fili et Verbum Dej in Corde Nro Vigoriens toties quoties tibi superior Tuus injunxerit praeciso commendavimus) violatore; Hanc tibi quasi primam transgressionis hujus occasionem Paterne condonantes. Mandamus Tibi denuo, ac iterum et hoc nostrum in infirmis Suis Literis Patentibus Praeceptum quod non aliud fuit quam Formale extunc et sine mora exequaris ita et nullus alius (: Casu tamen necessitatis semper excepto) Quum praedicet atq hoc Nostrum iteratum Praeceptum Volumus ut Fili ad publicam Mensam in Forma Veniae prostrato intimetur ac legatur. Quodsi Tu iterum huic Nostro Formali Praecepto obedire recusaveris Mandamus Rndo Patri Praesidenti ut extunc Contractionem Inferens Praeceptorem in Sella Judiciaria Formet Decretum in Constitutionibus Nostris Dist. tma Cap 10. Textu 6mo tractatum. Adhibito Sibi Socio seu Notario Rndo Patre Januario Martynski Praesidente Czestochoviensi vel correndigo Conventu Quocunq alio ex Fratribus Ordinis et Congregationis ejusdem et hoc in Virtute Spus S. et Ste Obedientiae nec non sub Formali Praecepto Nullitate Injuria Eidem

In Nomine Patris et Filij et Spus Stti Amen

Dedimus in Stti Conventu Nro Varsavien 17ma Martij 1781.

Conservus Eidem Omnino

Fr Lucas Rutpinski
Vicarius Gnlis

L.S.

Reg. pag. 22

Hora Currente 17 9 Mensis Martij Hoc Mandatum Ejus fuit ad publicam Mensam per me Fr Edmundum Praesidentem Conventus Supra nominato Patri intimatum qui statim post intimationem acceptam et manu ad verba benedicite tractatu appellavit ad Rmum Prem Mgrum Ordis. Testaret Fr Edmundus Gyrdiewski Prs Convent

Fr Marinus Rotberger Lr
Fr Edmundus

Universis.

Patribus Fratribus ac Sororibus Ordinis Prædicator.

Fr. Balthasar de Quiñones Sacræ Thæ Professor

Ejusdemq Ordinis Humilis Magister Generalis, et Servus

Salutem, et mortis recordationem.

Nihil Nobis accidere luctuosius poterat, quam quod his mensibus paucis, ne opinantibus quidem nobis contigit summo detrimento, et damno nostro. Fr Johannes Thomas de Boxadors Ordinis Nostri decus, et ornamentum, cum e morbo, quo gravissimo aliquamdiu conflictatus fuerat, ita convaluisset, uti jam nobis polliceremur, esse ipsum ad annos plus decem producturum vitam; Idibus Decembris ad Vesperam ingenti febri correptus XVII. kalendas Januarias extinctus est. Cecidit Nobis credite, Corona capitis nostri, amisso vindice, atq adsertore legum, Constitutionumq nostrarum; patrono, cujus summa semper studia erga Ordinem nostrum fuerunt, quiq eo præcipua cogitationes suas, curasq converterat, uti nos auctoritate, consilio, opera juvaret; parente deniq quo nemo umquam amantior filiorum fuit. Qua Calamitate accepta, nullus in nobis superesset consolationi locus, nisi Nobis ipsis totius consolationis Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, præsto adesset ope singulari sua; Nosq in luctu tanto et squalore jacentes erigeret; doceretq redditam illi esse Coronam gloriæ, qui legitime certavisset; atq Nos simul una moneret, ne cadamus animis sed plane confidamus eum post hac Nobis longe esse majore, quam olim fuerit, præsidio futurum. Ac de summo quidem viro nihil est causæ, cur cuiquam nostrum diffidendum esse videat. Nam is Barcinone in Catalonia illustri cumprimis genere ortus, cum splendido, excellentiq ingenio præditus esset, ac mirifice in humanis, divinisq literis profecisset, atq ita suos ad antiquos mores composuisset, ut sibi ac Reipublicæ prodesse posset; a patre Viennam Austriæ accitus, et a claris atq nobilibus magistris instructus disciplina juris, variarumq linguarum peritia; postq non multo a Carolo VI. Imperatore adscriptus in Consiliariorum Aulicorum Collegiū præclara specimina eruditionis suæ, ac virtutis dedit. Cumq instinctu quodam superiore relictis patre, fratribus, et omnibus quæ possidebat. Romam venisset, atq in Ordinem nostrum cooptatus, una cum adolescentibus (: et si erat ipse annos plus triginta natus:) pie, apte ad regulam, demisseq tirocinium exegisset;

absolutisq inde theologicis studijs, Lector renunciatus, Perusii
magna sibi laude nostros juvenes docuisset Philosophiam; Romam,
Magistri Ordinis accersitu, rediit; ac per paucis post annis Te-
xtus, ut ajunt S. Thomæ Lector Casanatensis dictus, sic versatus
in eo munere fungendo fuit, ut discipulos non minus exemplis
morum quam doctrinæ documentis ut ad Thelogiæ scientiam,
sic ad virtutem informasse videretur. Interea cum persuasum
multis esset, non opportunitati solum Provinciæ nostræ Arago-
nianæ; verum etiam saluti fore, si ei viro gerenda crederet,
qui eam præsenti suo, firmoq præsidio regere, ac tueri posset;
Aragonji Patres, consulturi majorem in modum rationibus, com-
modisq suorum, peractis comitijs, uni e cunctis Johanni Thomæ
eamdem Provinciam decreverunt. Ille, ne sodalibus (: nam erat
ejus Provinciæ alumnus:) qui sese tanti facerent, deesset; Præ-
fectura suscepta, ferventi æstate ingressus iter in Patriam in-
deq Matritum contendit; ac rebus brevi compositis fide, pruden-
tia, integritate, atq existimatione singulari sua; deincepsq
Provincia ipsa egregie administrata, tandem sibi peperit
nominis celebritatem, (ut mortuo Thoma Ripollio Ordinis totius
nostri moderatore:) perplures fuerint. qui eum in Italiam
Capituli Generalis causa reversum, palam dicerent, Ordini
eidem universo præponi oportere; quod profecto evenisset,
nisi ille a se, modestia insigni, honestate, studio pacis, de-
xteritateq sua id oneris avertisset. Verum ab Antonino Bre-
mondio qui eo amico fideli, studiorumq adjutore usus fu-
rat, quiq tunc apud nos summum inierat Magistratum, in
Urbem reductus, post auctus Casanatensis Theologi munere,
mox Socius pro Hispaniarum Provincijs delectus, ac ornatus
titulo Præfecti Provinciæ Terræ Sanctæ, candore animi, comita-
te, prospicientia ita eos, qui se suspexerant, in sententia con-
firmavit, ut ipsum post annos fere sex (: Bremondio vita functo:)
omnibus suffragijs, Benedicto XIV. P.M. non probante modo, sed
etiam gratulante, Ordini ipsi nostro præfecerint. In eo locatus
dignitatis gradu ita rem nostram communem egit, ut animo ab
habendi cupiditate vacuo prorsus, ac libero, nihil odisse magis,
quam largitiones ac munera videretur; vigilantia omnia circum-
spiceret, caveretq, ne quid e cœtu nostro proficisceretur minus
consentaneum institutis Ordinis, et decorum nobis; justitia ratio-
nem munerum, præmiorumq distribuendorum, non personarum ac-
ceptatione, sed meritis metiri soleret; idq tam ageret firmiter,
ut non commendatione cujusquam, non prece, non minis, non metu
quovis deterreri se, dejiciq de proposito pateretur. Quin etiam cū
vigere Institutum Prædicatorum, nostrosq homines plurimum hac-
tenus profuisse, et vero deinceps esse Ecclesiæ, Reiq civili publicæ
profuturos doctrinæ Sancti Thomæ cultu perspiceret, quam insi-
gnes eruditione, atq sanctitate Viri, Pontifices Maximi, Synodi etiā
Oecumenicae camdem acdoctrinam Patrum,

Augustini

Augustini præsertim esse et cognoverunt, et prædicarunt, ideoq summis extulerunt laudibus, studiosisq Theologiæ ad discendum proposuerunt, difficile dictu est, quantum ille curæ, studijq impenderit, ut eam tueretur, ac latissime propagaret. Nam cum eam manare vix posset puram, integramq videret, nisi hausta e fonte esset; ijs, qui scholis nostris præfecti sunt imperavit, ut missis rivulis, hoc est compendijs commentarijsq aliorum, solum Angelici Doctoris textum suis auditoribus explicent; idq non tantum in Provincijs Hispaniarum, dum eo se visitationis, quam vocant, causa contulit, sed post etiam in Italia, cum huc redijsset, fecit, incredibili et emolumento juventutis, et decore nostro. Quod quidem decus auctum majorem in modum fuit inlato in Scholas ipsas nostras præclaro, atq immortali Melchrioris Cani de Locis Theologicis opere, quo uno omnium maxime sternitur ad doctrinam rerum divinarum recte, atq ordine tradendam via; immissisq in Collegia quædam nostra mathematicis disciplinis, quibus mens informari ad apte, accurateq cogitandum potest; canonico jure, cujus tanta est cum Theologia conjunctio; et linguarum hebraicæ, græcæq studijs, quæ ad sacrorum Scriptorum, majorumq sensa intelligenda mirabiles præbent utilitates.

Sed quoniam visitationis hispanicæ incidit mentio, non alienum erit commemorare, egregium virum communi bono, utilitatibusq Ordinis servientem magno suo non solum incommodo, ac labore sæpe; verum etiam periculo quandoq amittendæ vitæ, longis se ijsq difficilimis itineribus commisisse; cænobia pene omnia paterna sollicitudine lustrasse, quamquam et multa, et maximis terrarum intervallis disjuncta essent, in ijsq cum auctoritate, tum exemplo vel confirmasse retentam a Fratribus disciplinam, vel collabentem restituisse. Quæ sane res et Ordini ipsi nostro salutaris, et Carolo III. Catholico Regi pergrata fuit. Itaq is talis, tantisq Rex multis, atq illustribus argumentis clementiæ suæ demonstravit, quam in se magnopere crevisset ea, quæ cepta jam diu ab se fuerat, de ejus virtute, opinio. Nec vero minus in re gerenda probata ejus studia, sollicitudinesq fuerunt Clementi XIII. P.M. qui eum et absentem litteris testibus amoris paterni sui, ac benevolentiæ prosequutus; et Romam reducem summa benignitate complexus est.

Quod si Johannes Thomas in Hispania adeo occupatus erat, vix ut alio convertere cogitationem posse videretur; temperare tamen sibi non potuit, quin ageret apud Apostolicam Sedem, ut Servi Dei, qui professi nostrum Ordinem fuissent, in Album Beatorum adscriberentur. Qua quidem ejus sedula, diligentiq opera impetratum est, ut Sebastiano Maggio Beati adtribueretur honos; postq declararetur Johannis Massiæ, ac Martini Porressi virtutes gradum heroicum attigisse. Neq segnior ille post reditum in Italiam, aut remissior in re eadem procuranda fuit; cujus certæ curæ immortalem se fructum cepisse arbitratus est, dum Bevenutam Bojaniam, Antonium Neyrotium, et Æmiliam Bicchieriam in fastos Beatorum referri vidit; intellexitq esse brevi Apostolicæ Sedis Decreto decidendum, constare de

Martyrio

Martyrio, et causa Martyrji nostrorum quinq Sinensium
quorum ipse res præclare gestas elegenter olim italico sermone
descripserat. Etsi autem id genus Decreti editum post fuerit, quam
delatum Nobis munus summi in Ordine Magistratus fuit; esse
tamen illud acceptum ejus diligentiæ referendum, libenter Nos
quidem et agnoscimus, et fatemur.

Jam vero quemadmodum susceptos pro re nostra communi labores constanter, ac fortiter subjit; ita commotas in se per summam calumniam tempestates, injuriasq immerenti sibi a malevolis conflatas patienter [ut christianum, ac religiosum hominem decebat:] tulit, obtrivitq voluntaria oblivione.

Sed longum est omnes ejus animi dotes, resq ab eo egregie gestas scribendo persequi, quarum certe multæ perspectæ Nobis efferri modo nec debent, nec vero possunt; efferentur autem fortasse; at opportune, ac tempori. Hoc nunc breve dicemus: ei perpetua majorum nostrorum agendi ratione ducto, cordi semper fuisse junctam in Deum religioni, ac pietati curam salutis communis nostræ; tuitionem jurium, legumq Ordinis; et erga Pontifices Maximos, sublimioresq sæculi Potestates observantiam, fidelitatem, atq subjectionem; adeo ut, cum id magnopere caveret, ne quibus se rebus immisceret, quæ sui muneris non fuissent; tum nihil egerit umquam, scripserit, cogitavit, quod non una et religiosum, et salutare Nobis, et concors Sacerdotio, atq Imperio, adeoq gratum Principibus sæculi, et exactum ad voluntatem Summorum Ecclesiæ Præsidum videretur, et esset.

Hac virtute cum annis fere viginti Ordinem moderatus esset, tantū sibi paravit existimationis, et laudis, ut Pius VI. P. Maximus quo nemo est perspicacior æstimator, et justior meritorum, statim fere atq sedit ad Ecclesiæ Catholicæ gubernacula, eum [quod tamdiu, tanta cum laude rexisset Ordinem, ut nullius umquam incongruæ deservierit voluntati:] in Sacrum Purpuratorum Patrum Senatum sponte una sua adlegere constituerit, adlegeritq reipsa Idibus Novembris an. 1775. quanta omnium ordinum lætitia, qua Principum Europæ, in primis autem Caroli III. Hispaniarum Regis Catholici voluntate, assequi animo quisquam vix; eloqui vero nivix quidē potest.

Jam purpura insignis, cum humanitate, in qua nihil fallax, nihil fictū, nihil simulatum, nihil duplex esset, omnes, qui sese noverant, devinceret sibi, opera, quæ adhiberi nequiverat diligentior; doctrina, qua certe præstanti valebat; omni ope deniq muneribus injunctis sibi cumulatissime satisfaceret; scrupuloseq attenderet, ut ne qua re aliquando defuisse officio, atq obsequio videretur; tum memor Regulæ, ad quam semper actiones quasq suas direxerat, ita sese continuit, ut nihil umquam remiserit de severitate disciplinæ. Nam adeo in se Constitutionum nostrarum rigidus exactor fuit, ut injussu Nostro, ne Medicorum quidem suasione induci se siverit, ut deposito laneo, indusio lineo uteretur

Ad hæc

Ad.. hoc tametsi foris dignitati serviens pro egenis potissimum locuples, atq liberalis fuit; domi tamen tam parcus sibi, tamq pauper esse voluit, ut egeret ipse plerumq; abundaret numquam. Sed illud, memorabilius, quod quamvis ille tamdiu ad clavum Ordinis sedens præesse, atq præcipere assuevisset; tamen simul atq (: uti cedere diu expetierat, et vero summopere curarat.) cessit Magistratu summo; idq onus cui ferendo impares essemus, in nos esse translatum vidit; subjecit ultro se nobis, obtemperavitq is, cui nos ante et suberamus, et parueramus; atq ita se perpetuo deinceps tenuit, ut non solum nihil sibi umqùam assumpserit eorum, quæ ad Ordinis regimen pertinerent; sed etiam non semel consultus a Nobis de rebus magni apud Nos momenti, cum non una utriusque nostrum sententia de rebus iisdem esset, Nosq ipsi omnia, uti quidem par erat, ad ejus arbitrium conferremus; ille tamen Nostro esse judicio omnino standum voluerit. Tanta erat in eum, qui S. Dominici loco gubernaret Ordinem, reverentia. Neq vero idipsum ille minus studiose post fecit, quam (: Johanne Constantio Caracciolo S.R.E. Cardinali e vivis exempto:) Protector Ordinis a Pio VI. Pontifice Maximo constitutus fuit, cum jam ipse res omnes suas (: perinde ac si cuiq privato nostro æquandus esset:) Nostræ fidei credidisset, nobisq permisisset in potestatem; idq maxime pro Concione Nostris omnibus commendasset, ut morem Magistro Ordinis gererent; studiosiq esse hujus, cui sese addixerant, amantissimæ Matris pergerent, cui sane ipse rectam institutionem, dignitatem, cuncta deniq sua debere profitebatur. Ita cum esset institutus continentiq exercitatione virtutis ad annos fero octo, et septuaginta ætatem produxisset; ad extremum monitus a Sacrorum Ministro, imminere sibi supremum diem, atq adeo opus esse, ut Eucharistiam sumeret Viatici nomine; erexit se se, ac post ubi multis, magnisq significationibus amoris in Deum sui, ac pietatis adoravit Christum; venerabundus cibo illo divino refectus est; indeq extrema munitus unctione; mox esse perdito usu sensuum, post horas pæne triginta magno bonorum omnium mœrore decessit. Quæ cum ita sint ecquis non plane speret, illum laqueis carnis solutum eo jam pervenisse, ubi Dei præsentia fruatur, cumq Sanctis ducat plenam felicitatis, eamdemq sempiternam vitam? Sed quoniam Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam; verendumq propterea sit, ne illi, dum nobiscum heic peregrinaretur, quidquam forte hæserit macularum, quod pœna temporaria sit luendum; ei certe a nobis referenda est gratia, a quo tot in nos omnes tamque egregia beneficia permanarunt; atq idcirco omni prece exorandus Nobis est misericors Dominus, ut ei propitius esse, aditumq quam primum aperire velit in Patriam Beatorum.

Quare etsi

Quare etsi universos Cœnobiorum, Monasteriorumq nostrorum Præsides, ex legum nostrarum præscripto, justa ei persolvi curasse, non dubitamus; tamen si qui forte fuerunt, qui id agere prætermiserint, iis nos edicimus, atq præcipimus: dent operam, ut pro illius perpetua requie Solemni ritu sacrum celebretur; ut quilibet Sacerdos rem divinam ter faciat; utq Clerici, ac Sorores addicta choro totum Psalterium, Laici quingenties Pater noster recitent. Volumus preterea, ut ad Necrologium quod in extremo Martyrologio est hæc addiem XVII Kal. Januarias adscribantur: Die XVI Decembris, Obitus Venerabilis Patris Fratris Johannis Thomæ de Boxadors Barcinonensis Sexagesimi quarti Magistri Ordinis, qui fuit S. Romanæ Ecclæ

Postremo etsi est persvasum Nobis, perlatum ad vos jam esse literis ac sermone multorum, singulari erga Nos benegnitate, atq clementia Pii VI. Pontificis Maximi, Lazarum Opitium S. R. E. Cardinalem Pallavicinum datum esse nostro Ordini Protectorem; censuimus tamen, a nobis etiam ejus rei nuncium vobis perferri oportere, non modo ut Nostro muneri satisfaciamus; sed etiam ut successu tam læto aut depellamus, aut saltem leniamus dolorem vestrum. Atq sic vobis confirmamus: Virum hunc Eminentissimum tanta et ~~nostrum. Atq sic vobis~~ nobilitate generis et sapientiæ, virtutisq laude, et amplitudine dignitatis, qui amorem in Ordinem ipsum nostrum a Majoribus suis habet hæreditarium quiq ultro rem nostram communem, dum tempus, ac ratio postulavit studio summo suo, diligentia, opera semper juverit; non solum ornamento nobis sed opi etiam post hac maximæ, atq, atq firmamento fore Quare vestrum erit, omnibus votis, ac precibus a Deo O. M. petere et orare, ut eum nobis salvum atq incolumem quam diutissime servare velit. Valete, Nostri, Sociorumq Nostrorum in vestris precationibus, et sacrificiis memores. Dabamus Romæ in Conventu nostro S. Mariæ super Minervam VIII. Idus Aprilis an. 1781.

Fr Balthasar de Quiñones
Magister. Ordinis

(L. S.)

Reg: pag. 2.

Fr Marianus de Angelis
Ex. Regens, et Prosocius.

Universis.

Patribus, Fratribus, a Sororibus. Ordinis Prædicatorum.

Fr. BALTHASSAR de QUIÑONES.

Sacræ Theologiæ Professor. ac Totius Ejusdem Ordinis
Humilis Magister Generalis et Servus

Salutem et mortis recordationem.

Mariæ Theresiæ Austriacæ Hungariæ, Bohemiæq Reginæ ac
Imperatricis Piæ, Felicis Augustæ interitu quantum res chri:
stiana publica ceperit calamitatis, scriberemus ad vos pluri:
bus verbis, si minus id testatum, atq pervulgatum esset; aut si
vos ignorare arbitraremur. Sed cum certo sciremus, vel ex pu
blicis nuncjis, vel ex quotidiano multorum sermone, vel ex fama
denig ipsa vos plane cognovisse, quæ illa jam inde ab eo tempore,
quo potita imperio est, tuendæ Religionis Catholicæ causa stre:
nue gessit, ea tantum vobis in memoriam paucis revocanda pu:
tavimus, non quo augeremus, sed quo brevi commemoratione illi:
us recte factorum leniremus dolorem vestrum, quo vos in commu:
ni luctu angi intelligebamus. Nam etsi dolendum vehementer
est, quod acerba morte ereptam nobis videamus esse Apostolicam
Reginam, est tamen nobis spe gaudendum actum cum ea esse
præclare, quæ in supernam Hierusalem recepta, uti confidimus
sit, sempiternum imperium consecutura loco præmji virtutis, ac
meritorum. Quo enim modo diffidere quisquam posset, redditam
ei esse coronam gloriæ, a Domino ipsi repositam justo judice,
quæ insigni in Deum ferretur pietate; quæ singulari religione
interesse sacris, eorumq particeps esse soleret; quæ summo studio,
cura, diligentia effecerit, ut ne quid in sacris Ædibus quisquam au:
diret, quod minus decere domus Dei sanctitudinem videretur; quæ
solicitudine, opera, auctoritateq sua ab hostibus Fidei Catholicæ,
ne Turca quidem excepto, impetravit, ~~ut in Provincjis~~, ut in Provin:
cjis, quæ in eorum ditionem ceciderunt, Catholicis retinendorum tem:
plorum, suiq ritus colendi libera, atq integra potestas esset; quæ
demum, ut cetera prætermittamus, tam effusa in egenos, ad vitæ
usq suæ supremum diem caritate, atq liberalitate fuerit, ut meri:
to mater pauperum appellaretur? Quo certe magis de illius perpe:
tua felicitate sperandum bene est, cum benedictam in terris fu:
isse cernamus, quemadmodum benedicuntur teste Scriptura,
ji, qui timent Dominum. Scilicet veluti vitis abundans in lateri:
bus domus suæ, filios suos uti novellas olivarum in suæ men:
sæ circuitu vidit, in jisq consecuta fuit benedictionem, et pa:
cem. Sed illius gloriosa, ac felici vita exitus certe gloriosior fuit,
Atq, uti quidem nobis sperare licet, felicior. Nam qua virtute con:
fidentiaq in Deum tot appetita bellis victrix sæpe fuerat, aliorum;
eadem hinc migratura, seq a filjis sejunctura pignoribus amoris sui,
vicit seipsam.

In supremum

In supremum enim delapsa morbum, qui etsi non diuturnus, vehemens tamen, atq acer fuit, sic ad voluntatem Dei conformavit suam, ut continuus, idemq ingens, atq permolestus angor et dolor ne indicium quidem ex ea ullum expresserit lamentationis: quinetiam cum eo redacta esset, ut jam spes illi mortalis vitæ producendæ reliqua esset nulla; tum miseratione, opeq divina freta, impetum in se citæ mortis impavida expectaret, ac non modo non mæreret ipsa, verum etiam ex se natos, quibus nihil ei fuerat in terris carius, gementes, quam mox accepturi erant, amantissimæ Matris jacturam, consolaretur. Cumq se ad migrationem plenam periculi majorem in modum paratura, expiari se se Pœnitentiæ sacris petiisset, quamquam afflictis viribus corporis, prostratisq erat, spiritu nihilominus prompta, ac vigens, abjecit se ad sacerdotis pedes, ac flexis genibus peracta exhomologesi, flexis item genibus Eucharistiam e Nuncji Apostolici manu sic accepit Viatici nomine, ut qui aderant firmitatem ejus, excelsitatemq animi laudarent, Religionem in Deum, ac insignem pietatem admirarentur. Inde cum essent, qui eam somnolentam viderent, atq hortarentur, ut aliquid somni caperet, hortantibus dormire quidem se posse respondit, sed nolle; nam instare mortem; neq pati posse, ut paucula illa momenta, quæ sibi superessent, vitæ iners transigeret, quæ vigilans, oransq elucere magna sua utilitate et salute posset. Hoc animo tam excelso, tamq præsenti cum esset jam jam decessura, rogata ulla ne perturbatione commoveretur; numquam inquit, putassem tanta me tranquillitate, ac securitate fuisse aspecturam mortem. Vix hæc verba reddiderat, cum pia, fortis, invicta Regina, quæ vivens perpetua quadam usa fuerat felicitate, corpore, veluti laqueis, soluta decessit, feliciorem, atq gloriosiorem in cœlis actura cum Beatis vitam. Sed quoniam qui in celsiore gradu sunt constituti honorum, ac dignitatum, procellis hujusce seculi plus ceteris agitari solent; si quam in rem ea forte deflexit, quæ iter ipsi in Beatorum Patriam retardet, expiariq oporteat, agendum vobis precibus est, ut Misericordiarum Pater Deus id quidquid sit obstaculi removeri, tolliq vellit. Atq vos quidem ad hoc agendum etiam; atq etiam incitabimini, ut qui in eum Ordinem cooptati sitis, in quem multa illam nostis, eademq egregia beneficia contulisse. Itaq præcipimus ut in singulis Ordinis nostri universi Cœnobijs, ac Monasterjis funus Mariæ Theresiæ Imperatricis Augustæ, et Reginæ Apostolicæ solemniter quamprimum fiat publica in choro recitatione Officji Defunctorum, et celebratione Missæ cum cantu; utq Sacerdotes singuli pro Anima Illius expiatione semel rem Divinam faciant; Fratres vero Clerici, Monialesq Choro addictæ semel septem Psalmos Pœnitenciales, Conversi autem, Converseque tertiam partem Rosarji precando recitent.

Extremum est,

Extremum est, Fratres dilectissimi, ut omnibus precibus orctis Sospitatem, bonorumq omnium largitorem Deum, ut Josephum Electum Romanorum Imperatorem, reliquamq Mariæ Theresiæ Augustæ Sobolem incolumem diu, ac felicem servet, quam sane prospicibis perpetuo immitatione Majorum suorum, patronam Ecclesiæ Catholicæ, ac propugnatricem fore. Valete nostri Sociorumq nostrorum in Vestris orationibus memores.

Datum Romæ in Conventu nostro S. Mariæ supra Minervam. 58

(L. S.)

Fr Balthasar de Quiñones
Magister Ordinis.

Reg. pag. 2.
Fr Marianus de Angelis
Ex Regens et Pro Socius.

UNIVERSIS.

Patribus, Fratribus, ac Sororibus, Ordinis Prædicatorum.

Fr. BALTHASSAR de QUINONES.

Sacræ Theologiæ Professor, ac Totius Ordinis Humilis Magister Generalis, et Servus.

Salutem et mortis revelationem.

Si eorum, qui in Ordinem nostrum propensiore voluntate fuerunt, colenda nobis memoria est; attendendum profecto perquam studiose erit, ut ne Jochannis Constantji Caraccioli S. R. E. Cardinalis diebus paucis, summo omnium bonorum luctu repente e vivis sublati ulla nos umquam oblivio capiat; neve a nobis ipsis intermissio ulla precum pro illius perpetua requie fundendarum fiat. Nam is cum generis nobilitate claruerit præcellenti, atq in Sacrum Purpuratorum Patrum Senatum ob egregiam virtutem cooptatus fuerit, meritoq singulari suo apud Pontifices Maximos plurimum gratia, existimationeq valuerit; tum sibi honori, gloriæq duxit, dictum se a Clemente XIII. P. M. fuisse nostri ejusdem Ordinis Protectorem, cujus quidem Ordinis Sanctus Thomas Aquinas decas ac lumen est, quem Sanctum Doctorem majores sui propinqua cognatione attigissent. In Protectoris autem munere fungendo sic est versatus, ut nemo ejus summum in re nostra communiuenda studium desideraret; nos vero præsidium, præsentemq (: dum tempus ac ratio postulavit :) opem experiremur. Quod si ille quamdiu vixit, religione, pietateq in Deum, liberalitate in pauperes, moderatione animi, cultu deniq totius virtutis tantum sibi paravit meritorum, uti sperandum plane sit eum mortalem hanc cum immortali,

eademque

eademq beata vita commutavisse; nihilq propterea ei opus esse suffragiorum; tamen cum homo et ipse esset circu: datus infirmitate, verendumq inde sit, ne quid forte piacu: lorum contraxerit, quod fuerit impedimento, quin recta mi: graverit in cœlum potiturus sempiterno Regno: cavendum sa: ne erit, ne quisquam vestrum pietati erga illum justorumq persolvendorum Officio defuisse videatur.
Quare tenore praesentium, nostriq auctoritate Officii omnibus ac singulis tum Fratrum, tum Sororum Superioribus jube: mus, ut pro Emo a Rmo Dno Iohanne Constantio S. Roman: Ecclesiæ Diacono Cardinali Caracciolo Nostri Ordinis Pro: tectore beneficentissimo solemnes exequias persolvant, cum Missa et Officio Defunctorum; atq una mandamus, ut per Ordinem universum quisq Sacerdos semel rem Divinam fa: ciat; Clerici vero, ac Sorores velatæ septem Psalmos Pœ: nitenciales dicant, Fratresq Laici et Sorores Conversæ tertiam Rosarii partem recitent. Valete nostri, sociorumq nostrorum in vestris Orationibus memores.
Dat. Romæ in Conventu nostro S. Mariæ supra Minervam.

Fr Balthasar de Quiñones
Magister Ordinis.

L. S.

Rege: pag: a.
Fr Marianus de Angelis
Ex Regens et Pro Socius.

Licentia Celebrandi Dietam in Contu Targoviciensi

Fr Lucas Kulpinski Vicarius Gtis Congis Sti Ludovici Bertrandi in Polonia In Deo Filiis Sibi Dilectis AARR PP. Vocalibus Caeterisq Congis Nostrae Fra tribus Salutem

Concredita Nobis a Rmo Pre Mro Gli Ord Congis Cura habetenus quantum imbecillitas virium Nrarum permisit Negotia tractavimus etiam nunc Trienna lis regiminis dum ad Calcem properamus Supplicavimus Eidem Rmo quatenus tam grave Onus e humeris Nris deponere, et pro sua Paterna bene volentia Licentiam Celebrandi Dietam in Ordine ad eligendum Virum in locum Nri dignaretur Concedere quod et expetimus. Sed quia in Eidem Literis Concessoriis non tantummodo dicta Licentia praefatam Decedente Dieta verum etiam alia Negotia [illegible] quae Nonnullos [illegible] deberent sint expressa, idcirco unico opere ex hujusmodi Literis Vobis PPis ac Fratres Charissimi Tenorem promulgamus Admodum Rnde Pater Vicarii Gtis Salutem
= = = Facultatem Tibi facimus ut designato tempore consuetam Dietam

Dietam pro novo eligendo Rectore in Conventu Targovicensi Convoca
re possit in ea tamen Celebranda eligendi libertatem omnino servatam
volumus atq jubemus. Teq Ceterosq Patres hortamur atq in Dño obsecra
mus ut ad bonum Ord. Istius Congregationis Nrae Remoto omni parti
um Studio oculos duntaxat convertatis. - - Interea benedictionem Tibi
Nostram impertimur et Nos precibus et sacrificijs Vri ipsos una cum
Socijs Vris commendamus Romae 16 Junij 1781. Aº. Conservus in Dño
Fr Balthasar de Quinnones Mgr Ord. His Vobis Comissis P.P.
ac F.F. per viscera Xti Domini Vos monemus ut ad opus a quo pendet
prosperitas Universi Nri se praeparemini quatenus Charitas Dei
et proximi atq emolumentum boni Communis in Vobis eluce
scat. Mandamus etiam Superioribus omnibus Conventuum Nobis
Subjectorum ut has Literas Encyclicas ad Mensam publicam lege
re faciant, easq in librum similium cum appositione Diei rece
ptionis et expeditionis inserbant atq sine Mora extemplo
ad Conventum proximiorem remittere curent. Valete in Domino
Jesu Christo. Orationibus Vestris Nos Commendamus. Datt in
Conventu Nro Targovicensi Die 21. Mensis Julij 1781. Aº. Con
servus in Domino Fr Lucas Kulpinski V. Grlis. Cg. Cg.
Fr Edmundus Grodzienski loco Secretarij (L.S.)
Litera Encyclica tam Praesentes quam etiam Rmi Mgri Ord
lecta et promulgata Die 23. Julij 1781. expedita Porta Ordina
ria ad Conventum Lublinensem Ita est Fr Edmundus Grod-
eadem 23. Julij 1781 Aº. - - dzienski P. C. Targovicensis

Frater Isidorus Filaszewicz Sacrae Thliae Lector
Vicarius Generalis Congnis Sancti Ludovici Bertrandi in
Polonia Ordinis Praedicatorum.

In Dei Filio Sibi Dilectis Admodum Reverendis Exvicarijs Gene-
ralibus, Praesidentibus Conventuum, Caeterisq Omnibus Patribus, ac Fra-
tribus Ejusdem Ordinis, et Congregationis Salutem.

Eam esse hominis conditionem ut illum saepius desiderijs suis ferre sit necesse,
id nos ut saepe alias, ita potissimum ad praesens experimur Patres, et Fratres
in Christo Dilectissimi. Nihil enim desiderabilius nobis fuerat, quam ut usq in
finem dierum nostrorum, Nostrae tantum Regendae vitae cura nobis inesset et
nullo Praelationis munere constringeremur, sat inde tranquillae pacis, et inoffensi
animi fructus percepturos nos sperantes, imo et perquam enixe id nos Consecuturos
optantes. At utinam res ipsa pro votis nostris cessisset, et nos in humilitate nostra
relicti fuissemus: Non enim timendum tunc nobis erat, ut ille Nos attigisset maeror,
quo nunc undequaq oppressos nos dolemus; Cum ad sustinendum hoc onus cogi nos
intueamur, quod inevitabiles, easq gravissimas minatur nobis angustias. Non enim la-
tere vos putamus; in quantum discrimen adduci nunc valeat omnis potestas, a praesen-
tium temporum, rerumq malignitate, et quantum subjectam esse oporteat auctorita-
tem quamcunq male institutorum appetitui; unumq horum seligendum omnino restat
aut inane apud illos Officiorum sustinere nomen, aut eorum invidiae, et Malignitatis
subire jacula, si non Nomen solum, sed et ratio quoq recte, et justa gerendi Officij haberi
velit, prout habendam est necesse. Ea propter et Nos eadem in Nos ventura
pertimescentes

pertimescentes neutiquam male consuluissemus quieti nostræ, necunquam adduci Nos permisissemus, ut designatum Nobis hoc speciosum Dignitatis Vicarialis Officium, reipsa autem insupportabile laborum, tædiorumque jugum in Nos assummeremus, si Nobis relicta fuisset libertas de nostra sorte disponendi, aut aliter disponendam quoquomodo conandi. At quoniam id nos facere minime sinat Religiosa nostra Professio, ac insuper tam forti ad hoc constringamur vinculo, cui non subjicere humile Collum, pietas, Religioque vetat, ideo ut debito obedientiæ Nostræ; quantum in Domino valemus, satisfaciamus, ac Vestræ etiam de Nobis expectationi correspondeamus, jam prompto, ac reverenti animo postpositis Omnibus commoditatibus Nostris, ac in omnes subeundos labores parati, pro Dei Laude majori; proque emolumento hujus Dilectissimæ Matris Congregationis Nostræ, ac pro rependenda a nobis Vobis Omnibus Benignitatis Vestræ, et Affectus in Nos vicissitudine suscipimus, et humiliter in Nos assumimus hoc Onus, ac Munus, quod a Nobis sustinendum Vestra in Nos studia paraverant, comprobaverat Divina Dispositio, et Reverendissimi Patris Magistri Generalis voluntas decreverat, quantocius a Nobis ferendum, exequendumque per has institutionis suæ Literas; quarum tenorem de Verbo ad Verbum expressum, præsens, quam Vobis mittimus, ~~et~~ Earundem copia repræsentat.

In Dei Filio Sibi Dilecto Adm. Rndo Patri Lectori Fratri Isidoro Filaszewicz Ordinis Prædicatorum Congregationis Nostræ S. Ludovici Bertrandi in Polonia.

Nos Fr. Balthasar de Quinnones Sacræ Theol: Professor, ac Totius Ejusdem Ordinis humilis Magister Generalis, et Servus salutem.

Congregationis Nostræ S. Ludovici Bertrandi in Polonia Vicariatum ad terminum inclinare comperientes, graviores P.P. de novo Vicario, et Pastore suo, solliciti, et secundum Congregationis morem in Conventu Nostro Targovicensi ad Diætam Congregati Die 14. 7bris 1781. anno. Tribus propositis in Te præcipue oculos conjecerunt, Cujus Probitatem, Religiositatem, et Regendi Maturitatem experti sunt, Nosque ut Te Congregationis prædictæ Vicarium Generalem instituere̅mus, humiliter efflagitarunt. Nos itaque petitioni eorum annuentes, eo libentius, quo Tuam prudentiam, Observantiæ, Religionisque Zelum, Morum integritatem, maturam discretionem, Regendique dexteritatem Nobis promittimus harum serie; Nostri auctoritate officij Te Adm. R. P. S. T. Isidorum Filaszewicz absolventes prius ab omni vinculo excommunicationis, seu quovis alio Eccl.co impedimento, si quo forsan innodatus esses, ad effectum præsentium duntaxat rite consequendum, damus, facimus, et instituimus, sicque datum, factum, et institutum declaramus, et decernimus Vicarium Generalem Congregationis Nostræ S. Ludovici Bertrandi in Polonia, ad consuetum triennium cum omni, et in omnes dictæ Congregationis Nostræ subjectas Personas, Potestate, et Auctoritate, ac in Spiritualibus, et temporalibus jurisdictione, seu facultate, qua cæteri in nostro ordine legitime instituti Vicarij Generales potiri solent, ac debent; præcipientes Tibi in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ Obedientiæ sub formali præcepto, ut hoc Vicariatus officium pro tempore Conspecto in Te modeste suscipias, illudque ad commune Congregationis bonum, et ad Majus Regularis Observantiæ incrementum quam vigilantissime administrare satagas; sub eodem formali præcepto mandamus Universis, ac singulis curæ nostræ subjectis, et ad istam Congregationem Nostram quoquo modo spectantibus, ut Te, tanquam legitimum suum suæque Congregationis Vicarium Generalem reverenter agnoscant, Tibi in omnibus Religiose obediant, atque subdantur. In Nomine Patris, et Filij et Spiritus S. Amen. Quibuscunque in contrarium non obstantibus. In quorum fidem: Datum Romæ, ex nostro Conventu S. Mariæ supra Minervam Die 9na Februarij: 1782.

Fr: Balthasar de Quinnones
Magister Ordinis.

Regest: pag: 3.
Fr Marianus de Angelis
Ex: Regens, et Provincialis.

Jam ergo Patres ac Fratres in Xto dilectissimi, convenientes una nobiscum, in vinculo Religiosæ Professionis, convenire etiam n. dedignemini in auxilium communium laborum exercendorum à Nobis, pro utilitate a̅arum nostrarum jungamus utrinque operarias manus excolendæ huic vineæ Xti, ad quam

Nos

Illius Divina vocatio conduxerat, non otio, aut desidiæ, quotidianis laborum exercitationibus in illa operam novaturos. Nos, quantum supernis auxiliis concessum Nobis fuerit, conabimur, ut hoc onus muneris Nostri non otiosum aut comoditati nostræ deserviens, sed totum promovendæ divinæ Laudi, ac Vestræ utilitati curandæ, consecratum faciamus; modo et Vos Dilectissimi ut Vos prostituros per viscera Dei rogamus, præstetis, ut omnem curam non recte ordinatorum affectuum deponentes, illam vitam vivatis, qua vos victuros Deo spopondistis, imo et jurastis. Consulamus Conscientiis nostris, consulamus periculis, in qua nos comodioris vitæ amor ad odium usque Crucis, ac cujusvis Religiosæ perfectionis induxerat. Consulamus et Nomini Nostro ne quo degeneri, et a conversatione Religiosa alieno opere, illud ociosius in dies reddamus, insidiantibus fratris nostro mundanis oculis. Hæc sunt animi nostri ardentissima vota, quæ vobis ad præsens inculcare sufficiat, ut quid a Vobis operandum sit, in animum revocetis. Cætera, quæ ad ejus rei finem fuerint necessaria, suis nos temporibus exhibituros Vobis minime dubitetis.

Valete jam Charissimi, semper Nostri memores in Vestris cunctis orationibus, ut hoc futurum Nostrum super Vos Regimen Dei praeveniat instinctibus, juvetur auxiliis, perficiat gratiis. Mandamus autem superioribus Conventuum nostrorum, ut præsentes literas Nostras publice legi faciant ad comunem Refectorii mensam, et lectas in Librum Encyclicarum post inseribi, In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. In quod fidem etc.
Dabamus in Conventu Nostro Varsaviensi Die 23. Mensis Aprilis Anno Dni 1782.

Conservus in Domino
Frater Isidorus Filaszewicz Lector
Vicarius Gnalis



Regtr. pag. 24.

Fr Mathias Ostrowski Sacræ Thliæ Lr Professor
Thliæ 2dus, et Officii Vicarialis Profecius

Frater Isidorus Filaszewicz Sacræ Thliæ Lector Vicarius Gnlis Congnis S. Ludovici Bertrandi Ordinis Prædicatorum in Polonia.
In Dei Filio sibi Dilectis Adm Rndis Patribus Exvicariis Gnrlibus Prioribus, Præsidentibus, Vicariis Conventuum Supprioribus, Lectoribus Cæterisque Patribus, ac Fratribus Ejusdem Ordinis, et Congnis Curæ Nostræ Subjectis salutem, et Regularis Observantiæ indefessum studium.

Imposito Nobis oneri / quantum Nos in Domino valere licet / satisfacere cupientes nihil non faciendum duximus Patres, ac Fratres in Xto Dilectissimi, quod fieri a Nobis existimamus. Id autem vel quam maxime opportunum esse judicamus ut exequendi Ejusdem oneris instituturi initia, ac ad vos visitandos jam jam Nos comissuri, illam præmitti faciamus præmonitionem, quæ Vos informatos reddere valeat, de iis omnibus de quibus in eadem Visitatione sumus sumpturi a Vobis rationem. Non ergo tædio sed Vobis attentis percipere auribus Comendata hic Nobis, non a Nobis arbitrio Nostro excogitata, sed de Legum Nostrarum, Capitulorumque Gnlium deprompta sancitis, de quorum observantia post a Nobis inquirendi estis. Et

Itmo

1mo: Sitis memores Professionis Vræ, cunctaq; illius opera sedulo persolvatis,
adimpleatis Legem, non ad arbitrium Vestrum, sed ut adimplendam
præcipiunt Constitutiones Ordinis Nostri, et Ordinationes Capitulorum
Gnlium maxime Bononiensis et Romani ultimo celebratorum. Illa contra
quæ sive à Rndissimis Magistris Gnalibus Ordinis, sive illorum Authoritate
ab Antecessoribus Nostris, ac etiam ab ipsis Dictis Congs Nostræ salubriter sunt
statuta, et Rndor Magr Ordinis authoritate confirmata sunt, ne negligenter
prætermittantur, sed observentur exacte, quantum fieri poterit. Maxime vero
in his, quæ aut Divinum Cultum, et Laudem Ejus concernunt, aut
Nostram Religiosam Conversationem, qualis intus, et foris esse debeat,
instituunt, ordinantque. Et ut à Divina Laude exordiamur.

2do: Strictissime præcipimus Unicuique Sacerdoti Congs Nostræ, ut tremendum
Sacrificium Missæ celebret pro ratione summæ Illius Sanctitatis, atten-
te, nimirum: graviter, et devote, ac illa prorsus animi, sensuum compo-
sitione, quâ audientes eandem ædificari, non scandalizari possent. / . . .
Ritus quoque hocce Sacrificium persolvendi ille omnino servetur, quem ser-
vandum præscribunt Rubricæ Missalis Nostri, et quidquid de alieno
ritu, aut Ceremonijs incaute est invectum, quantocyus eliminandum
curet. Serio præcipimus.

3tio: Officium autem Divinum tam Diurnum, quam Nocturnum pari devotione semp.
persolvat, Idemque in persolvendo servet ritus, ac ordo, quem statuunt Rubricæ
Breviarij Ordinis Nostri. Serventur pausæ tum in medio, tum in fine versuum.
Vitet Celeritas, sicut et nimia prolixitas, ut custodiatur ille affectus Devotionis
tendendi in Deum, quem prærequirit Laus, et Summæ Divinæ Majestatis Adoratio
ne verificetur Illud Divinum de male orantibus effatum: Hic populus labijs me
honorat, Cor autem eor longe est à me

4to: Tempus etiam persolutioni cujusque horæ à Capitulis Gnrlibus, et Dictis Congr:
designatum, et præscriptum, nec anticipetur, nec mutetur, nec differatur, sine
Legitima causa, nec pro arbitrio cujusvis, sed de superioris judicio, et dispen-
satione.

Hinc Matutinum à Festo SSmæ Trinitatis, usque ad Festum Exaltationis Sæ Crucis
inchoabit hora 7ma post meridiem, aut paullo post, pro ut ratio temporis, et
Celebritatis exposcet., à festo autem Exaltationis Sæ Crucis usque ad Pascha in
Contu Frli Varsaviensi hora 3tia post mediam noctem; in alijs Cntibus hora
3tia de mane; à Festo Paschalis in Cntu Frli Varsaviensi usque ad Festum SSmæ
Trinitatis hora media ad 4tam, in alijs prout supra absolvatur.

Prima in Cntu Frli Varsaviensi hora media ad 5tam de mane in alijs media
ad 6tam terminanda erit, quo tempore si dies jejuniorum sive de præ-
cepto Ecclæ, sive de præscripto Legum Nostrarum fuerit; dicatur simul
cum 1ma, et 3tia nam alijs diebus reservabitur dicenda cum alijs horis
ante meridiem.

Reliquæ horæ persolvantur ante prandium una cum Missa Cntli, quæ
quotidie cantanda erit, et ad illam omnes omnino convenire tenebunt,
qui continuo sequelæ chori sunt adstricti, ii quoque, qui legaliter à se-
quela Chori exempti sunt, saluberrime facerent, se eos, quos in adim-
plenda Dei et ordinis lege, erudiunt, exemplo præeuntes saltim diebus Festivis Missæ Cntli
interesse non negligerent. Nona semper dicatur suo tempore, videlicet diebus
non jejuniorum post prandium, alijs autem post Missam Contlem, semper tamen
Chorus ante meridianus terminari debet diebus Jejuniorum hora media ad
duodecimam, non Jejuniorum Undecima.

Vesperæ servando ab antiquo practicatam in Contne Nostra consvetudinem:
conjunctim cum Completorio dicendæ. In Cntu Varsaviensi inchoabuntur hora
tertia. In alijs media ad 4tam post meridiem. Quæ sunt cantanda cantabuntur pro
idoneitate numeri Fratrum. Hinc in Cntu Frli Varsaviensi cantabuntur omni die
una hora ante Missam conventualem, et Completorium cum Salve; In festis dupli-
cibus ultra hæc cantabuntur etiam in Matutinis Canticum Te Deum, et
Vesperæ à capitulo. In festis totis Duplicibus præter hæc cantabuntur omnes

Hymni et

Laudes à Capitulo. Vesperæ integræ. In Solemnioribus Festis præter hæc cantabuntur etiam Invitatorium, Tertius Nocturnus, et Laudes integræ. In aliis vero Conventibus exerceatur hic cantus, prout idoneitas numeri Fratrum permiserit. Salve tamen post Completorium ubiqȝ quotidie cantetur.

4to A sequela chori nullus se eximere præsumat, quem non eximunt Leges. Superiores imprimis ut circa sequelam aliorum attentos esse oportet, ita ipsos se ab illa dispensare minime Licet, et præsertim sine rationabili causa. Patres etiam Professores meminerint earundem Chori Legum, et illas adimplere velint, prout iisdem constringuntur. Hinc et ipsi conveniant diebus Solemnioribus, et Festivis ad decantandas cum aliis divinas Laudes, ad Matutinum præcipue, et Vesperas. Ad Completorium autem, et Salve post illud cantari solitum quotidie adsint. Porro idem Salve ab omnibus omni cantari volumus, omnium aliarum devotionum persolutionem tunc prohibentes.

5to Ad Processiones etiam in Ecclesiis Nostris fieri solitas, ad Salutationem B. V. M. de Vespere, dici solitam, et ad alias functiones Communes, omnes convenire non pigeat; Haud enim æquum est, ut aliis ad Dei Laudem confluentibus, alii cellis sese includant otio /: aut quod pejus est :/ explendis poculis vacaturi. Porro convenientes ad ejusmodi functiones, non prius inde recedere volumus, quam ~~omno~~ omnino illis terminatis.

6to Non solum autem Personas attentas, et reverentes reddere optamus erga Deum et ejus Laudem, sed et Locum ipsum, ac Vasa huic muneri consecrata, quam mundissima esse volumus. Hinc strictissime adhortamur omnes tam Superiores quam Sacristas, ut per quam vigilantissimi sint, tum circa nitorem Ecclesiæ, et Chori, tum circa munditiam vasorum, ac apparamentorum, tum altaris, tum Sacerdotum, aliorumqȝ ministrorum. Renovatio SSmi Sacramenti fiat omnino secundum Decreta Sacrorum Canonum, cum annotatione diei quo hujusmodi renovatio facta fuerit in Sacristia palam in tabella exponenda.

Ad expositionem SSmi Sacramenti accendantur ad minus sedecim candelæ continuo arsuræ, ad Processionemqȝ quoqȝ cum eodem SSmo habendam, dantur semper candelæ ad manus Fratrum.

7mo His ita constitutis quæ ad Dei Laudem spectant, nunc ad ea restabilienda descendimus, quæ ad reparandam /: quantum fieri poterit :/ Regularem Observantiam, inter Nos pene collapsam deservire Nobis videntur. Et ut proximius ad ea quæ Dei sunt accedamus

8vo Volumus ut lex orationis mentalis quotidie bis habenda, una de mane post Matutinum, si illud eo tempore persolvetur, alias tunc habebitur post primam, altera post Completorium, et Salve decantandum, persolutasqȝ post illud preces, et semper durabit per mediam horam omnino observetur: Hæc autem bina meditatio indispensabiliter habenda est. Sublata cujusvis extra Superiorem facultate in eadem oratione mentali habenda dispensandi, quam omnino, et prorsus abusivam tollimus. Superior tamen illam dispensare poterit, rationabili ex causa, ut quam, aut alio operi pio, aut prolixiori Divinæ Laudi, ac Devotioni erit vacandum. Porro ad hanc orationem mentalem omnes convenire tenebuntur, nisi actuali suorum officiorum exercitio fuerint impediti. Compertum enim est, ut qui ejusmodi orationis mentalis studium prætermittunt, in maximam tam animi quam regularis vitæ dissipationem labantur, ac plane corruentes videantur. Hinc et Legislatores Nostri, hanc à suis ruinam quam longissime abesse cupientes, nihil operosius ab illis servandum statuerunt, quam ut toto conatu in idem studium ferrentur. Ut videre est in Ordinationibus Capitulorum Gnlium, præsertim vero Bononiensis, et Romani mox prælaudatorum, quorum videantur de his, acta in Confirmationibus pro observantia Regulari Nro 2do.

9no Legem quoque per eadem Capitula statutam de persolvendis exercitiis Spiritualibus
à quolibet Fratre Ordinis observari quovis anno, etiam indispensabiliter volumus
et observandam statuimus, sub ibidem statuta pœna privationis nempe vocis Activæ
in Capitulo, et apud nos in Diæta. Quam Nos certe infligere non prætermittemus iis, qui
ejusmodi exercitia Spiritualia ad normam ejusdem Legis non persolverint, etiamsi
hoc eos fecisse contigerit in uno tantum anno. Illis autem in quos ejusmodi pœna s: obca,,
,,rentiam vocis activæ: s cadere non poterit, alias pœnas ad mentem Constitutionum
Nostrarum infligendas adinveniemus, quibus hanc injuriam Legis non servatæ in eos
vindicabimus. Porro prudentiæ Superiorum relinquimus, ut ipsi designent tempus, quo hu,,
,,jusmodi exercitia Spiritualia ab uno quoque Fratrum apte persolvi possunt, quod maxime
commodum putamus diebus Adventus, et Quadragesimæ. Qui autem hæc exercitia per,,
,,soluturi sunt, volumus, ne unum quidem diem de illis decem diebus ab illis prætermitti,
sed plane integros servari, recommendamus etiam hanc exercitiorum persolutionem
fieri deberi non ad oculum tantum, sed veræ, et devotæ, exemplariter, et plana recolle,,
,,ctione in Deum, ut sic possit haberi desiderabilis eorundem fructus. De hac ergo Ex,,
,,ercitiorum persolutione, et de modo quo peracta fuerit, certe Nos inquiremus. Et utrinque
Testimonium habere curabimus, scilicet tum à Superiore circa suos subditos, tum ab his
circa suum superiorem.

10mo Studium vitæ communis quantum possibile est inter nos promoveatur, prout promoven,,
,,dum sub onere conscientiarum obligamur. Quod si illam ad apicem usque servare non valemus,
propositum tamen sic servandæ, nunquam deponemus. Jungatur proposito opera,
ut proximiori passu ad illam accedere possimus. Sit victus communis, sit uniformitas in
vestitu. Nihil in eo appareat, quod paupertatem lædat Religiosam. Nihil quoque sit in
cuncta suppellectili, quod eidem paupertati adversetur. Nihil ultra possideat, nomine
proprio, et cum potestate dominij, sed solo nomine communitatis, et ad purum tantum
usum. Comutationes, alienationes, venditiones, et cunctæ ejusmodi rerum ad usum concessar
dispositiones, nunquam fiant sine facultate Superior, sicut nec acquisitiones earundem.
Pecuniæ omnes, quæ habentur, aut quovis titulo habendæ sunt, nunquam maneant penes
ipsos Religiosos, sed omnino ad commune depositum deferantur, non aliter inde vel in
toto vel in parte extrahendæ, nisi semper cum Licentia Superioris, nec ad alium convertendæ
usum, nisi ad puras Religiosas necessitates. Converti autem illas v in potum maxime vitiosum
v in Ludum, vel in munus extraneo alicui dandum, v in comparandum aliquid Statui Religioso
et paupertati inconveniens, omnino prohibemus, sub pœna proprietariorum à Nobis contravenien,,
,,tibus infallibiliter infligendis. Suppelex etiam Religiosa, s quæ sola his pecunijs comparanda erit s com,,
,,paretur semper justa paupertatis rationem. Indusia præcipue si ob defectum ejusdem pecuniæ non poterunt
comparari de lana, comparentur de lino, seu tela grossiori, morbidam autem, et tenuiorem ad eundem
finem comparari omnino prohibemus sub pœna confiscationis, et aliis arbitrio Nostro infligen,,
,,dis. Cinguli etiam non de bombice, aut lana, sed de Corio ab omnibus portentur. De quibus omni
,,bus providendum Fratribus erit per Superiores. De illa provisione, quæ annualiter dari con,,
,,sueverit, quæ nunquam deponenda est ad manus particularium, illorum præcipue qui illam
insumere solent in potu, v in aliquo simili, cui quidem abusivæ insumptioni impedimentum
opponere volentes Significamus Vobis, Nos sumpturos rationem omnium Vestrarum per,,
,,ceptar, ac expensar, quas habituri, v facturi estis.

11mo Sub eadem pœna pro proprietarijs lata prohibemus Fratres Nostros, ne ullus illorum audeat
aliqua contrahere debita maxime pro comparando sibi eodem potu, quem strictissime

vetamus, maxime, si quotidianus sit, aut vitiosus, vel pretiosior quam pauperes Xti deceat. Su„periorumq conscientiam oneramus, ut vigiles sint in impediendis his inordinatis compotationibus, „ac ebrietatibus Fratrum suor, praeeuntes, et ipsi exemplo sobrietatis, ac temperantiae, sicq non fi„ant istae compotationes, nisi diebus, ut vocant, consolationis, ast non nisi in communi, et modeste habendae.

Hoc itaq punctum studii vitae communis, et vitandae prorsus cujuscunq proprietatis maxime Vobis com„mendatum esse volumus, severiori in illos animadversione acturi, qui in illo graviter deliquentes in„venti fuerint à Nobis. Hic etiam cunctos Vos admonitos facimus ut detestabilem semper proprie„tatis spiritum à se propellentes, et illius scandalum à Vobis dandum vitantes cunctam Vestram Suppellectilem, sive in vestitu, sive in libris, sive in quibuscunq aliis congestam, si quam adhuc /: quod Deus avertat :/ in domibq extraneorum retinueritis, illico et sine omni mora ad Conventum deportari faciatis, et fideliter omnia Superiori manifestetis, requirentes ab iisdem licentiam pro usu eorundem. Quod si à quocunq Vestrum /: quod non speramus :/ neglectum fuerit, severissime sciat se pro hac ino„bedientia puniendum fore à Nobis. Debita etiam Personalia tum activa tum passiva omnino nota sint Superioribus.

Quam Nostram dispositionem circa manifestandam omnino totam supellectilem, et pecuniam quam quisq Fratr Nostr habere poterit, nequisquam Vestrum suspicetur processisse ex infecta aliquâ cupiditate animô, quem numquam Deus Nos habere permittat, et longe faciat abesse à Nobis hanc infirmitatem, quâ aliquando laborantibus indolebamus. Id solum hac Nostra dispositione intendimus, ut succurramus periclitantibus Vobis de salute, ac provideamus Vobis de illa facultate usus rerum à Vobis possessar sine quâ nunquam foretis justi possessores, sed Sacrilegi Usurpatores. Habeatis ergo et Nobis certam fidem et Vobis ipsis salubrem providentiam, et quae sunt facienda pro lege verae paupertatis, facere non differatis.

12mo Obedientiam etiam studiosissime Vobis inculcamus, ac volumus semper Vos esse reverentes erga Vestros Superiores, hac enim virtute semel conculcata, nihil erit quod vos in ordine continere poterit, sed in temeritatem dati facile in omnia vitia abripiemini. Quare sitis semper humiles acceptatores omnium mandatorum Superiorum Vestror, ac seduli eorundem executores, quod si facere quis Vestrum contempserit, et ausus fuerit insuper pervicaci renitentia illa eadem mandata praeterire sciat se à Nobis puniendum omnino fore ut rebellem.

13tio Nimiam cum Sexu diverso familiaritatem prorsus à cunctis Vestrum destandam jubemus. Comper„tum enim esse debet Vobis hanc non semel attulisse ruinam incautis, et in illor casu Vos ipsos de„decoris notam incurrisse. Quare nunquam Vos de eadem familiaritate notari permittatis. Fugiendum est Vobis illarum consortium, ac quaecunq confabulationes cum illis secreto praecipue haberi solitae. Quum eas ratione alicujus negotij honesti alloqui contigerit, caveatis ne aliquo nutu aut verbo inverecundiori eas scandalizetis. Attenti sint hic quam maxime Superiores, nec permittant Fratres suos versari in aliquo periculo labefactandae cor virtutis, de cujus casu post strictissimam reddituri rationem tum Deo, tum ordini. Quare custodiri faciant imprimis Claustra à frequentiori feminar ingressu, nec aliqm illar ingredi permittant, quae male audiat. Illae etiam quae permissae fuerint ingredi hospitium, ratione alicujus honesti negotij, illo expedito illico dimittant. Permittere autem illas ingredi in quamcunq Cameram Fratr vetamq sub poena excomunicationis et Abso„lutionis ab Officio ipso facto incurrenda.

14to Ut feminar ita etiam et quorcunq Saecularium vitiosam conversationem prohibemus, Superior cura erit invigilare, illam quantum poterit esse in Fratribus impedire. Hinc raro nisi ex rationabili causa illos egredi è Conventu permittent associatos tamen semper. Si autem invenirentur aliquis in quem cadere posset suspicio aut nimiae cum sexu diverso familiaritatis, aut inverecundiae in loquela, aut libertatis in cor modaci linguâ infamiis fratres suos appetente, aut studij implican„di se negotiis Saecularium ille quam rarissime habeat facultatem exeundi extra Claustrum, et semper illi assignet talis socius, et comes à Superiore, cujus reverentia arceri possit à similibq committendis. et sine tali comite nunquam prorsus egredi permittat.

Tales autem per salutem animar obtestamur, ac per tremendum Dei judicium adhortamur, ne data sibi facultate abutentes prodant Religiosam conversationem, huc illuc per domos Familiarium (: infimæ etiam conditionis :) discurrentes, ac ubiqs inverecundiæ ac infamiæ contra Fratres suos semina spargentes ~~prodant Religiosam conversatio~~, ~~nem~~, in turpem post messem excrescenda. Si quis autem hanc Nostram obtestationem flocci habuerit, feceritqs quæ ab illo fieri nunquam deberent, sciat hoc sibi impune haud prætermittendum a Nobis fore.

Juvenes etiam studijs vacantes nunquam audeant egredi e Conventu sine Licentia suor Professor, quæ non est ipsis danda, nisi diebus recreationum. Et ut omnibus ita præcipue ipsis prohibet, ne unquam sine comite pedem moveant e Claustro, sub pæna amotio„ „nis a studijs, quâ etiam ij plectent, qui ausi fuerint aliqua irreverentia suum Professorem injuriare.

15to Sic expediti Fres Nri ab importuna excursione, et conversatione Secularium, totos se tradent studio adimplendi munia sua. Superiores attenta diligentia curabunt, comissum sibi gregem. Instructores alior seduliores erunt in erudiendis suis Au„ „ditoribus. Prædicatores in compilandis concionib9 compositæ, et Nobis post demon„ „strandis. Confessarij tractabunt continuo manib9 libros moralium, ut eos tractare conscientia jubet. Hinc pro majori eorundem Confessariorum instructione.

16to ~~..~~ Jubemus ut lex exponendor, et Resolvendor casuum in qualibet hebdo„ „mada ter, v minus bis per omnes Convent9 omnino observet. Hæc itaqs expositio et Resolutio casuum habebit, v ab ipso superiore, v ab aliquo alio idoneo Fratre, a Nobis, v ab ipso superiore designando. Quod ut magis executioni mandet, vo„ „lumus, ut expositi hujusmodi casus ac resoluti asservent, Nobis post in Visitati„ „onib9 Nostris Monstrandi.

Fidelium
In munere autem Confessariorum neminem patiemur, nisi in scientia morali instructum, et 2dum Legis Nostræ præscriptum, expositum, et probatum. Hoc est: nisi in aliquo studio Generali, v Prli Ordinis Nostri examinatum, et appro„ „batum, idqs de licentia Nostri, v Antecessor Nostror; aliter expositos, aut expo„ „nendos ipso facto decernimus suspensos ab exercitio hujusmodi muneris. Et superio„ „res qui contra hanc dispositionem legis ausi fuerint exponere, ac comendare Fratres suos Ordinarijs Locor sciant se absolutione ab officio suo puniendos fore. Qui etiam nondum habent testimonium trium examinum pro hujusmodi excipien„ „dis confessionibus, aut aliquo eor careant, subire illud, v illa teneant, sic plane legi nostræ satisfiat. Hinc parati sint omnes (: exceptis duntaxat de jure excipien„ „dis :) ad ejusmodi examina subeunda. Et qui illud subire voluerint ad Nos est ipsis recurrendum pro obtinenda ad id necessaria facultate, quam Nos moribus, ac scientia comendatis nunquam denegabimus.

17mo Nullus Sacerdotum Congregis Nræ audeat plures habere Missas ad intentionem suam in hebdomada celebrandas, quam unam. Exceptis solum superiorib9 Cntuum Lectorib9, qui aut legunt, aut quandoqs legerunt, et Concionatore ordinario unius tntm Cnt9 Prlis Varsaviensis. His enim tantum solis permissæ sunt duæ Missæ in qualibet hebdomada ad suam intentionem celebrandæ per Diatas Congr: Nostræ a summis Magistris Gnralib9 approbatas. Reliqui omnes, qui hoc privilegium sibi usurpant ex„ „orta ad id contra jus facultate penit9 ab illo abstineant, donec Nobis compertum fuerit ejusmodi facultatem celebrandi duas Missas legitime sibi concessam fuisse. Similiter admonemus omnes eosdem Sacerdotes ne injurient Cont9 per frequentes omissiones celebrandi missas sine rationabili causa, quar omissionum, si notabiliter a Nobis invenietur numerus, sciant omittentes ad tot celebrandas Missas de sibi concessis constringendos fore ad intentionem Convent9 applicandas, quot ab ipsis omissæ fuerint. Nisi eos actualis infirmitas, aut alia rationa„ „bilis causa excusaverit.

18vo

18vo Nullus etiam Fratr. Nostr. audeat particularem quærere victum sibi, præcipue de
carnibus conditum, quor usum utpote legibg Constitutionum Nostrar. et Congis Nræ
statutis prohibitum, et Nos omnino prohibemus, vetantes ne frequentes in hoc fiant
dispensationes à superioribus, sed raré adm., et nisi infirmitate Fratr. premente
aut si lacticiniorum copia penitg defuerit. In quo tamen casu abstinendum omnino
erit a vespertino usu earundem carnium. Jejunia Ordinis strictissime observari vo„
„lumus. Adventum præcipue, in quo dispensationes nullæ fiant, quas lex fieri vetat.
Ad mensam Refectorij omnes omnino conveniant, nec habeant particulares Mensæ
in Cameris. Cum autem ad mensam sive Refectorij, sive etiam hospitij sederint,
legant semper illa quibus mens salubriter pasci possit, et nulla fiant loqvelæ, quibus ani„
„ma deturpari possit.

19no Oneramus etiam Conscientias omnium Sacerdotum Congnis Nræ, ac sub formali
præcepto ipsis præcipimus, ne audeant contrahere graves obligationes Missarum ad
notabilem earundem numerum augendarum, sed tot tantum suscipiant, à se persolven„
„das, quot suscipiendas permittunt Decreta Summor. Pontificum, nimir. non plures, quam
quæ absolvi possent intra duos menses; si quis autem hujus præcepti trangressor inventus
fuerit, sciat non impune hoc à Nobis prætermittendum. Significamus quoque, quod stante
Officio Nro nullam rationem habebimus Missar., quæ in notabili aliqua quantitate reli„
„ctæ fuerint à quovis /: quod Deus avertat :/ Fratre Nostro de hac vita migrante, sed
hoc dijudicandum ipsi Majestati Divinæ remittemus.

20mo Jam Superiores ipsos alloqvimur, ac veluti Charissimos Cooperarios Nostros, ac Correctores
obligamus ut et ipsi ad sustinendum, et portandum regiminis onus una Nobiscum convenire
velint, nec quidquid prætermittant, quod ad utilitatem comissi sibi gregis conducere
videt. Amantes imprimis sint Fratr. suor., Charitate, non dominio ipsis præsint;
Abstineant omnino à contumeliosè ipsis appellandis. Victum honestum ipsis procu„
„rent, magisque illor. curam habere videant, quam sæcularium, ut his ad pinguedinem
usque saginatis illi patiant famem. Quæque in tractandis lauté hospitibg consumunt
deperdite, consument fructuosé in Fratribus, aut cooperiendis, aut cibandis honesté.
Hæc enim opera præmissâ et securiores esse poterunt superiores de prompto obedientiæ
regularis animo Fratrum suor., et justius denegatam exquirere ab ipsis, et ipsis subditis Fribg
nulla excusationis relinquet causa, si recipientes quæ illor. fuerint, non præstiterint, quæ
ab illis præstanda erant.

21mo Ipsi quoque superiores constringunt ad habenda de quindena in quindenam Capitula in
quibus promovendum erit, aut reparandum, quidquid promoveri, aut reparari requi„
„siverit regularis observantia, eliminabunt vitia, plantabunt virtutes. Quod inviolabili„
„ter observari volumus, strictam etiam de hoc rationem requisituri in Nostris Visitatio„
„nibus.

22do. Boni comunis cura summopere etiam comendat, etsi omnibus, maxime supperio„
„ribus, leges depositi comunis exactissime servent. Pecunia communes undequaque
„venerint, ad depositum illico deferant, cujus claves penes depositarios erunt,
et non penes solos superiores, Nihil per ipsos expendat sed per Bursarios. Expensæ
non fiant secundum arbitrium superioris, sed secundum necessitates Conventus.
Graviores expensæ semper fiant cum consilio Patrum, sicut et quidquid aut reparan„
„dum, aut de novo fabricandum in Cntu v in Ecclesia, semper præveniente Consilio
fiat, et secundum illius mentem; et si ejusmodi consilia non poterunt haberi
in illis Conventibg ob defectum Patr. à Consilijs, requirant v à Nobis, v à Numero„
„siori Conventu.

Inventarium omnium rer. tam mobilium, quam immobilium ad Conventum, Ecclesiam, aut quæcunque
bona eorundem pertinentia, in triplicata copia conscribant, quar. una manebit penes supe„
„riorem, alia in Archivo Conventus asservabit, tertia consignabit ad Archivum comune
Congis Nræ. Huic adjunget etiam Schæda, sive Regestralis carta continens summas
capitales, atque documenta Archivij, quæ etiam per triplicatam partiet schædam.
Archivum etiam suo ordine sit dispositum, et cuncta documenta Contg ad illud deferant
et diligenter occludant. Quod in Visitatione etiam sumus perquisituri.
Quilibet Superior Officium suum terminaturus hujusmodi inventorium paratum habeat,
ut secundum illud cuncta suo Successori consignet, tradatque conservata.

23tio Ultimo tandem volumus ne Conventus Nostri onerentur importuna famulorum caterva. Hinc praecipimus ut his tantum ad famulatum relictis, quorum opera necessaria est, Conventibus reliquos quantocyus dimittant, ne patiantur tot otiosos inter se ventres futuros aliquando pro gratitudine osores Fratrum, et sui ipsorum pane pauperum saturari. Quapropter serio praecipimus Superioribus omnibus Conventuum, ut quosquos privatos famulos ex nunc de Conventu suo pellant, ac amoveant. Nec in post sub quocunque praetextu eos et morari, in Conventibus suis permittant.

Haec sunt Charissimi, quae vobis necessario proponenda censuimus, imo et omnino de justitia id a Nobis praestandum judicavimus haud ignorantes, quanto onere constringamur de adhibenda a Nobis omni vigilantia de nulla re praetermittenda, quae ad Vestri curam, Custodiamque sunt necessaria, qualia esse quae nunc Vobis commendavimus, judicio Nostro putamus. Suscipite ergo illa pro merito obedientiae Vestrae, et suscepta pro ratione virium Vestrarum adimplere non praetermittatis. Revolvite cuncta, et cuncta invenietis secundum legem scripta, secundum quoque legem servare satagatis; Ut cum vos visitaturi, ac amplexus charitatis Vobis daturi convenerimus, inveniamus Vos optime valentes in religiosa conversatione nec ullum inter Vos reperiamus qui non optime in hac eadem salute habeat. Si quid ergo infirmitatis patimini? ne vos quantocyus medicandos negligatis. Si componendum quid restat? componatis quam primum, si quid reparandum reparetis, ut nihil relinquatur a Vobis, quod per Nos vos visitaturos componendum, reparandumque desideretur. Eja Patres, ac Fratres Dilectissimi! satagite dignos vos reddere Nomine quo gloriamini, nec vos pigeat amplius regularem agere vitam, si regulares et nominari, et esse voluistis, ne vos post pudeat frustra sic appellatos fuisse. Deponite studia mundanorum, et solum habeatis Spiritum Claustralem, et ut statu, ita et conditione quoque distingui Vos ab illis faciatis; obesse enim et prodesse poterit Vobis, illa conditionis Vestrae aeterna Professio Religiosa, si vere religiosis moribus careatis.

Hortamur ergo Vos, et per salutem animarum Vestrarum rogamus, ut si vos ab amore conversationis Religiosae recessisse contigerit, quam primum ad eam redire velitis, et non amplius patiamini ab illo dissociari. Perpendite munera Vestra et Praeceptorum legis sitis semper et memores, et seduli operatores, ne praevaricationis earundem legum luatis post poenam infeliciter, et Nobis etiam ipsis de eadem praevaricatione respondeatis. Valete jam in Domino Fraternis post Nostris amplexibus celebrandi.

Haec Nobis terminantibus delatae sunt ad manus Nostras litterae Reverendissimi Patris Nostri Magistri Generalis, quibus dignatus est denuntiare Nobis concessam a se gratiam huic Nostrae Congregationi instituendi Novitiatum pro Novitiis simplicibus in Conventu Wysokoliensi, ut sibi supplicatum fuerat a praecedentibus immediate Dietis Lublinensi, et Targovicensi, et Nobismet ipsis, et hoc in tenore sequenti: Supplicationi Congregationis istius Nostrae inclinati, et Praedecessorum Nostrorum concessioni inhaerentes, concedimus, et pro instituendis Novitiis simplicibus Conventus Wysokoliensis designetur. Quae vobis laeto animo significantes, monemus, ut in recipiendis Novitiis serventur omnino a Vobis decreta Summorum Pontificum, et etiam leges Constitutionum Nostrarum circa examen morum, scientiae, et indolis eorundem, ac ne recipiant ejusmodi juvenes, nisi in conventibus, quibus tantum per eadem Decreta receptio permittitur, ne aliter facta receptio ipso facto irrita reddatur.

Volumus autem praesentes litteras illico, ac receptae fuerint ad Mensam Refectorii publice legi, et lectas transcribi in librum Encyclicarum, et quam primum fieri poterit ad sequentem conventum transmitti, ac de transmissis fidem certam habere: Nobis post faciendam.

Ne autem praesentes Nostrae praemonitiones, ac in eis statuta de facili e memoria Vestra elabantur, ac per oblivionem adimpleri negligantur. Volumus, ac serio praecipimus ut semel qualibet prima feria 2da cujuslibet Mensis publice ad Mensam Refectorii ex integro perlegantur. In quorum fidem, et Robur His sigillo Officii Nostri munitis manum propriam apposuimus.

Datum in Fratrum Conventu Nostro Varsaviensi: Sanctae Mariae de Victoria die 6. Junii 1782.

Conservus in Domino

Fr. Isidorus Filaszewicz S. Th. Lr.
Vicarius Generalis

Regl. pag. 24.

Fr. Joachimus Radzinski Lr
Loco Soc.

Nos Fr Isidorus Filaszewicz Sc Te Lr Vicarius Gnlis Congis S. Ludovici Bertrandi Ords Praedicator in Polonia.

611

In Dei Filio sibi Dilectis A.A. R.R. Patribus ExVicariis Gnlibus, Prioribus, Praesidentibus Caeterisq Patribus ac Fratribus Ejusdem Congis nostrae salutem.

Inter praecipuas muneris ac animi nostri sollicitudines eam pre primio potissimam esse voluimus, ut nihil à nobis praetermittendum foret, quod ad asservanda conservandaq Privilegia Congregis hujus Regimini nostro subjectae aptum esse nobis videbatur, ea propter cum animadverteremus iam iam instare proximum tempus celebrandae à nobis consvetae Dietae. Supplicavimus Reverendissimo Patri Magistro Gnli Ordinis nostri, ut nobis concedere dignaretur facultatem hanc eandem Dietam peragendi in Conventu Nostro Tercopoliensi die 14 mensis futuri Septembris Anni currentis 1784 quod ab Illo nos obtinuisse laeti Vobis denunciamus. Literasq quibus ejusmodi facultas nobis conceditur Vobis communicamus in tenore sequenti:

Adm Rvde Pr Vicari Gnlis salutem. . . Facultatem isti Congregationi Nostrae concedimus celebrandi consvetam Dietam die 14 7bris hujus Anni. Ne autem Congregatio ipsa post Dietam remaneat sine capite, Tibi concedimus, ut in munere Vicarij Generalis persevères, usq dum nostras patentes Literas pro Vicario Successore Nos isthuc mittamus. Interea Benedictionem Paternam Nostram elargimur. Nos sociosq. Nostros Sacrificiis et precibus tuis habeto commendatos. P. T. A. R. Conservus in Dno.

Romae 20 Aprilis 1784. Fr Baltasar de Quinones Mgr Ords

Actis igitr debitis gratiarum actionibus Deo T.O.M. quod Nos gaudere hac consolatione fecerit, reddendo tam facilem precibus nostris Rmum Patrem Nostrum Mgrum Gnlem, ac Illius eiusdem incolumitate plurimum Divinae Protectioni commendata totos nos consecremus pietatis Operibus, ut illorum ope consequi mereamur illum Consiliorum Spiritum, quo repleti cunctaq à nobis agenda sunt in illo futuro Congressu recte, sancteq agamus statuamusq.

Iam verò in vigore eiusdem facultatis agentis Auctoritate Officii nostri tenore praesentium Vobis Ad A. R.R. P.P. ExVicariis Gnlibus, Prioribus, Praesidentibus Vocalibus de iure nec non eligendis secundum Legem Sociis Conventuum, mandamus, ut Vos ad dictum Conventum nostrum Tercopoliensem pro celebranda in eodem Dieta conferatis, ac Capitulariter congregetis, idq omnino pro die 13 futuri mensis Se

ptembris

huius anni 1784 ante meridiem non prius inde recessuri, quam completis omnino omnibus actis Diætæ. Et hoc In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Deumq benevolum semper habeatis Comitem illius itineris Vestri.

Ut verò omnia quæ ante illam Diætam celebrandam opportune præmitti debent, recto ordine instituantur hoc notum esse vobis, atq omnino à Vobis servandum volumus ac statuimus.

1mo Ut nullus ad eandem Diætam convenire præsumat, nisi iure permissus, aut nostra ad id facultate munitus.

2do Electio item socii Prioris soli nostro formali Conventui Varsaviensi competit ob sufficientem numerum Vocalium, quocum alii Conventus careant, ab eadem electione abstineant.

3. Socius eligendus à dicto nostro Conventu formali Varsaviensi eligatur servata omnino iuridica forma electionis legibus Constitutionum Nostrarum præscripta.

4. Scrutinium de Regimine Superioris, soli quoq Conventui formali Varsaviensi ~~eligatur servata omnino juridica forma electionis~~ formare convenit. Reliquorum Conventuum Communitates conscribent Communem literam, in qua fidele ac Conscienciosum testimonium perhibere tenebuntur de regimine suorum respective Superiorum, num illud sedulo, vel negligenter, utiliter, vel cum detrimento gesserint deq moribus eorundem, quæ litera sigillo munita, ac omnium manibus subscripta tradetur ad manus Superioris per illum ad Diætam deferenda iuxta mentem et Sancita Rssmi Patris Magistri Grlis Joannis Thomæ de Boxadors in Confirmatione Actorum Diætæ Brzesciensis Ano 1780. d 26 Januarij No 2do præscripta. Si vero quispiam particularem querelam deferre voluerit per particularem literam id illi non denegatur, modo id ab ipso fiat servata justitiæ charitatisq æquitate, ac omnino à Calumnia inferenda abstineat, severe alias pro illa puniendus.

5o Petitiones non fiant nisi de rebus utilibus atq necessariis, unicequ in illis attendatur bonum Commune Conventuum. Desideria quoq particularium admittentur si pro ratione æquitatis prudentiæq porrecta fuerint.

6o Superiores Conventuum comportabunt omnino secum Inventarij

torii totius copias, Summarium quoq omnium Capitalium Summarum cum annotatione, à quibus huiusmodi Summæ inscriptæ fuerunt, et cum quibus oneribus, tum etiam exprimenda erunt bona inquibus huiusmodi Summæ inscriptæ Capitales manent. Item à quibus Summis percipitur Census annualis, à quibus vero vix aut nunquam percipiendus speratur. Similiter etiam et omnia Missarum perpetuarum onera hoc in eodem folio conscribentur, quæ omnia relinquentur post in Communi Archivio Congregationis. 65

7o Idem Superiores deferent secum testimonia de persolutis decem dierum recollectionibus Omni Anno, à Communitate subscripta, tam respectu sui, qm respectu uniuscuiusq suorum Conventualium.

8. Tandem iidem Superiores parati sint ad dandum fidele et conscientiosum testimonium de singulis suis Conventualibus quomodo se gesserint in Commissis sibi Officiis exacte, ac fideliter an vero negligenter et ignave.

9 Series quoq demortuorum ab ultima Dieta Fratrum deportetur cum annotatione diei et Anni obitus eorundem.

10. Ut autem quæ agenda statuendaq sunt in illa futura Deo dante Dieta nostra, eo agantur statuanturq felici eventu, quem Dei honor, ac Congregationis nostræ emolumentum requirunt, ea propter in singulis Conventibus nostris toto illius Dietæ tempore addetur in Missa à quovis Sacerdote celebranda collecta de Spiritu Sancto pro illius Divina benedictione ad illum salutarem finem obtinenda. Reliqui vero Fratres suas quoq his iungere preces non gravabuntur.

Porro hæ Literæ nostræ Encyclicæ quam primum ad Conventum pervenerint, illico ad Communem Mensam legantur, et insertis earundem copiis libro Encyclicarum primo immediate Ordinariæ postæ cursu ad viciniorem Conventum remittantur assignatis in eisdem diebus quibus receptæ, ac post remissæ fuerint. In quorum fidem præsentes Literas Sigillo Officii Nostri munitas propriis subscribimus manibus. Datum in Conventu Nro Wysokoliensi die 25 Junij 1784 Anno.

Conservus in Domino
Fr Isidorus Filaszewicz SeDeLr Vicarius Gnlis mpp

Regæ pagæ 27.
Fr Mathias Ostrowski S.T.Lr Profess. Ordinis Officij Vicarialis Prosocius mpp

Fr Zeidonus Filaszewicz Sel Thd Lr Vicarius Gnlis Congrs S. Ludovici Ber. Ords Prædi. in Polonia.
In DEI Filio sibi dilectis AARR Patribus Exvicariis, Prioribus ac Præsidentibus Conventuum Cæterisq Patribq ac Fribq salutem. ac Religiosæ perfectionis majus ac majus in dies Studium ac Incrementum.

Literis Rmi Pris Nri Magistri Gnlis d 15 9bris Anni proxime elapsi ad nos datis duo quidem significanda Vobis recepimus. Alterum hoc nostram contingit sortem (: sed utinam stabiliorem) et de hoc quidem commodiori tempore vobis significabimus, cum ad posteriores literas nostras, ac porrectas in eis preces responsu ab eod Rmo Pre nro Magistro Gnli acceperimus, quae nos in dies accepturos exportamus.

Alterum vero quod ejsdem literis vobis manifestandum inculcatq sunt 4 Decreta Ssmi Dni nostri Pij Divina Providentia Papæ VI quorum primis duobus declarat cultus ab immemorabili tempore legitime petitutq B. B. Petro Hieremiæ et Ioanni Salernitano; aliis duobus conceditur facultas toti Ordini celebrandi eorundem Beatorum Festa, sub ritu duplici et dicendi Missam in Festis eorund de communi Confessor non Pontificum Primi quid die 10 Martij Alterius vero die 9 Augusti put vos tenor eorund Decretorum clarius edocebit.

Decretum
Panormitana Canonizationis
B. Petri de Hieremia
Sacerdotis Professi Ords Prædicator.

Cum à Sacra Rituum Congregatione ordinaria sub die 2 Augusti 1783 ad Relationem Emmi ac Rmi D. Cardinalis Archinti Ejusd Sræ Congrs Præfecti et admissa fuerit Commissio Introductionis Causæ B. Petri de Hieremia et à Ssmo Dno Nro Pio Papa VI. postmodum signata juxta tenorem Præfatæ Commissionis, ad Instantiam R. P. Balthasaris de Quinnones Mri Gnlis et postulatoris Causarum dicti Sui Ords propositum fuit ab Eod Emmo Ponente atq in dicta Sacra Congregatione, discussum infra scriptum Dubium = An Sententia lata per Rmum Episcopum

Humie

Numidiæ Judicem à Rmo Archi Episcopo Panormitano delegatum super cultu ab immemorabili tempore prædicto B. Petro exhibito sive casu excepto à Decreto Fel. Recor: Urbani Papæ VIII. sit confirmanda in casu, et ad effectum de quo agitur„ Et Sacra eadem Congregatio audito prius R. P. D. Carolo Erskine fidei Promotore qui suam sententiam scripto et voce exposuit rescribendum censuit = affirmative„ Si Ssmo Dño Nro placuerit die 27 Aprilis 1784.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis eidem Ssmo Dño Nostro Relatione Sanctitas sua benigne annuit Die 12. Maij 1784.

J. Card. Archintus Præfectus
C. Arroldi S. R. C. Secretarius

Die 10 Martij
In Festo B. Petri Hieremiæ
Sacerdotis Professi Ordinis Prædicatorum
Oratio.

Deus qui B. Petri Confessoris tui Precibus, et hortamentis errantes in viam justitiæ misericorditer redire fecisti; Dilatatis quæsumus Illius intercessione corda nostra ut semitam mandatorum tuorum semper curramus. Per dñum etc.

Decretum
Ordinis Prædicatorum

Supplicante humillime Ssmo Dño Nro Pio P. VI. R. P. Fre Balthasare de Quinnones Mgro Soti et postulatore Causarum Ordinis Prædicatorum pro facultate recitandi Officium et celebrandi Missam de Communis Confessoris non Pontificis sub ritu Duplicis minoris, in memoriam B. Petri Hieremiæ Sacerdotis Professi dicti Ordinis die 10 Martij cum suprascripta Oratione ab Omnibus Religiosis utriusque sexus supradicti Ordinis Sanctitas sua ad Relationem R. P. Caroli Erskine Fidei Promotoris, cui ejusmodi preces examinandas sibique referendas Ipsamet Sanctitas sua commiserat, gratiam petitam Oratori juxta preces benigne concessit die 2. Junij 1784.

(L. S.)

J. Card. Archintus Præfectus
C. Arroldi S. R. C. Secretarius

Decretum
Canonizationis
B. Ioannis di Salerno.
Sacerdotis Professi Ord^s^ Prædic.

Cum Ss^mus^ D^nus^ N^r^ Pius VI. d. 22. Junij 1782. juxta Consilium Congregatio^nis^ Sacræ Rituum traditum d. 28 Maij Ejusd Anni propria manu signasset Comissionem Introductionis Causæ B. Joannis de Salerno iter^um^ instante P^re^ F^re^ Balthasare de Quinnones dicti Ord^s^ Magistro Gen^li^ et Causar^um^ postulatore in ead^m^ Congregatione, sub infrascripta die habita. propositum ac mature discussum fuit infrascriptum Dubium = An Sententia lata per R^mum^ Archi Episcopum Florentinum super Cultu ab immemorabili tempore præ. B. Ioanni Exhibito sive casu excepto à Decretis felic: recor: Urbani Papæ VIII sit confirmanda in Casu et ad effectum, de quo agit^r^ = Et Sacra dicta Congregat^io^, audito tamen scriptis Sum in Voce R. P. D. Carolo Erskine. Fidej Promotore. ad Relationem Eminentissimi et R^mi^ D. Cardi. Archinto Præfecti et ponentis censuit rescribendum, affirmativè = Si Ss^mo^ D. N^ro^ placuerit Die 29 Martij 1783.

Et Sanctitas sua ad Relationem per me Infrascriptum Secretarium factam benigne annuit. d. 2 Aprilis Ejusd Anni 1783.

(L. S.) I. Card. Archinto Præfectus
C. Airoldi S. R. C. Secretarius.

Decretum
In Festo B. Ioannis de Salerno.
Sacerdotis Professi Ord^s^ Prædicator^um^.
Oratio

DEUS qui in Fidej Incrementum B. Iohannem Confessorem Verbi tui præconem eximium effecisti, Ejus nobis intercessione largire, ut quod corde credimus ad justitiam ore ad salutem confiteamur Per D^num^

Ord^s^ Prædicatorum

Ad enixas preces P. F^ris^ Balthasaris de Quinnones

Mgri

Magistri Grlis et postulatoris Causarum supradicti Ordinis referente R.P. Carolo Erskine. Fidej Promotore Ssmus D. Nr Pius VI benigne indulsit ut singulis annis die 19 Aug. quae est 8ta dies infra 8vam S. Dominici e cujus manibus praedictus B. Iohannes Religiosum habitum suscepit ab omnibus Religiosis utriusq sexus dicti Ords qui ad horas Canonic. tenent. sub ritu duplicis minoris recitari ac Celebrari respective possit officium et Missam de Communi Confessoris non Pontifficum cum suprascripta oratione propria p R.P. Fidej Promotorem examinata revisa et relata. D. 17 9bris 1783.

(L.S.) I. Card. Archinto Praefectus

C. Arroldi S.R.C. Secretarius.

Pergite itaq omni conatu satagite. PP. ac FFres in Xto Dilectissimi ut novos hos Ords Nri Beatos debito Cultu ac Veneratione prosequi atq honorare valeatis quod vel maxime praestabitis Si vos Eorundem imitatores, constituere non tardaveritis illasq incolueritis virtutes per quas et illi progredientes, ad illam tandem pervenerunt gloriam in qua nomen eor decantandum est in aeternum Valete Dilectissimi in Dno Nri semper memores in Orationibus Vestris.

Porro

Hae nostrae Literae Encilicae ut primum ad Vos pervenerint illico ad Publicam Mensam legant. lectaq ad viciniorem Conventum remittant, translatis prius earund Copiis in Librum Encilicarum Conventus Datum in Conventu Nro Frli Varsavien. D. 6 mensis Januarij 1785.

Conservus in Domino.

Fr Isidorus Filaszewicz S.T. Lr Vic. Eos mpp

Reg. pag. 27.

Fr Mathias Ostrowski Lr Prfr. Ordinis Officij Vicarialis Pro Socius mpp

Fr Isidorus Filaszewicz S. T. Lr Vicarius Gralis Congrtis S. Ludovici Bertrandi Ords Prædic. in Polonia.
In DEO Filio Sibi dilectis A.A.R.R. Patribq Exvicariis Generalibus Prioribq Præsidentibus, Conventuum ceterisq Patribus ac Frbq Ejusd Ords Alongrs salutem.
Sortem uniuscujusq hominis non esse in manu Illius, nec illam consiliis votisq suis omnino subiacere, id nos, ut semper fide tenebamus, ita nunc quoq et experimento nostro comprobavimus Pres ac Fres in Xto dilectissimi: Equidenim non egimus ignari Supernæ de nobis dispositionis, ut seditionis Nostræ statum in melius mutatum assequeremur ac ad illum redigeremur Ordinem, in quo ante trigennium loeti permanebamq, Cuncta desideria nostra eo tendebant ut qntocius illud terminaret tempq, qd Officio nostro gerenda erat præfixa, Et illo approximante supplicavimq humiles Rmo Pri Mgro Grli Ords, et huic Congregni Nræ concederet benignè facultatem celebrandi dieta in Conventu Leopolitano, sperantes fore in illa in nostræ expectationi, ac in locum nostrum alium sufficiendum sibi Rectorem. Verum cum Vota nostra esset delusa animadvertimq, perspeximqq nos iterum in periculo restitutos sustinendi illiq ejqd oneris, qd tam graves labores, molestias, tedia, ac ipsa etiam amittendæ vitæ pericula nobis non semel ingesserat, resolvend nobis ac seditioni nostræ censuimq, p Supplices Literas à Nobis Rmo Pri Magistro Ords porrectas qbq flagrantissime Eund Rmu Prem Mgrm precabamur, ut nos ab Officio Nro liberatos in pristinum redire statum sineret, pmitteretq translato eod ipso munere in alium ex Candidatis. Et quam rem ipso votis nostris expectaremq, certoq jiu futura tale abblandiremur nobis, evenit, ut longè aliter accederit, cum insperato ad manq nostras, delatæ et Literæ Rmi Pris Mgri Ords qbq nos præter spem ac expectationem nostram iterd restrictos vidimq ad continend illud onq Vicarij Grlis ad aliud trigennium. Hæsimq animo ac plane illo corruimq, talia de nobis disponi animadvertentes, qbq nos dignè satisfacturos pmittere haud valemq ob attritas plurimum vires nostras, frequentiores corporis nostri debilitates ob qrl ...em mens jam nobis inerat pvidend nobis fore p viam resignationis qdq et effecissemq, nisi nos gravis maturiqq consilii retineret præmiscentes ne h facto molestiam aliqm supremo Nri Ords Moderatori facesseremq ingratiq redderemur seriis in nos beneficiis. Illiq ergo voluntatis exequendæ ad id divini auxilij roborati, et si inviti, suscepimq tn hanc Rmi Pris Mgri de nobis dispositione ac remisse nobis denuo ab illo muneris Vicarij Grlis initia instituturi, descendimq p die 23 Januarij Ani presentis 1785. Ad Conventu Visocoliense, in eoq in presentia gravidi...

Patr ad illud fine de aliis Conventibus Congregator servandis de jure servandis, jurisdictione nostra fundavimus Legis fecimus literas patentes Rmi Pris Mgri Ords qr tenor est talis. 68

In Dei Filio Sibi Dilecto Adm R. Pri Lri Fri Isidoro Filaszewicz Ords Prædica. Congregaois Nræ S. Ludo. B. in Polonia.

Fr Balthasar de Quinnones Sacræ Thæ Professor, ac Totius ejusd Ords humilis Mgr Gnalis et servus salute.

Congrs ~~salute~~ Nræ S. Ludovici B. Vicariatus Officio per vacaturo Pres Graviores de novo Vicario et pastore solliciti secundum ejusd Congregaois more, ppria nostra facultte, ad dicta in Conventu Leopolitano coacti die 14 7bris hujus Anni, elegerunt tres Religiosos viros qs nobis pposuerunt, et in actis ejusd Dietæ supplicarunt, ut illis unum pdic. Congrs Vicarium Gnlem institue remus. Nos eorum supplicatioibus indulgetis. Te Adm R.V. P. Lrum Fr Isidorum Filaszewicz, cujus prudentia Regularis observantiæ zelus, morum integritas regendis dexteritas nobis pmittimus ad pfatum munus elegimus. Quare harum Serie, Nraque Authoritte Officii nostri dispensantes te sup defectu Ætatis tior. et absolventes ab omni excomunicaois vinculo, seu quois alio Ecclesiastico impedimento, siquinnodatus existas, damus, facimus, et instituimus, daturque factum, et institutum declaramus pfatæ Nræ Congregaois Vicarium Gnlem ad triennium cum omni potestte, et authoritte nec non jurisdictione spirituali et temporali in tota nostra Congregaoe inque ejusd universos et singulos Conventus et utriusque sexus Personas quam Religiosi Ords Nri qui ceteri hujusmodi Vicarii Gnles in Nro Ordine et Prædi. Congregaoe gaudere solent et debent. Mandantes Tibi in virtute Spiritus S. et Sæ Obedicæ, sub Formali Præcepto ut hoc Vicariatus Officium in te modeste suscipias, illudque ad communem Congregaois bonum, et ad majus Regularis observantiæ incrementum administrare satagas. Omnibus vero et singulis nostræ curæ subjectis hoc eod formali pcepto mandamus ut te tamquam verum et legitimum pdi. Congregaois Gnlem Vicarium et supra institutum recipiant, habeant et venerentur eique Religiose inomnibus obediant. In Nomine Patris etc. In quorum etc Ds Jngo etc Datum Romæ in Conventu Nro S. Mariæ supra Minervam Q 5 9bris 1784. Fr Balthasar de Quinnones. Magr Ords

Reg fol. 3.

Fr Marianus de Angelis Mag etc

His ergo denuntiatis nihil ultra signi ficandum vobis ad pcns socius superest Pres ac Fres in Xto Dilectissimi, pm ut vos exoremus prout et in Domino exoramus, ut omnes vestras vires sperantis ad adalliviand hoc onus nostrum, Sicque Vos in vocatione Religiosa geratis, ut semper inveniamini formientes omne nostra sollicitudine de vobis et ...tis studiis excitandis. Insit cordi vero Amor...ani pfectus in exercitio pietatis. Insit conatus ad pvidinam tu vestræ tu alior Salute.

Ab

Absit uo ab unoqq vestrû detectandus in Religioso viro accedia morbus. Absint scandalosæ offensiones, et una tm vos cura teneat culturæ vitæ Religiosæ et applicationis ad studia salutaria. Nec unqm permittatis, ut quæ de vestra ipsa sollicitudine pendi deberet, pro sta vigilâ à vobis extorqeant, ut nimis vitæ Populis utiles sint vota quæ ac in eius ad nos literis de die 5 9bris Anni proxime elapsi 1784 datis sint exemplares Religiosæ vitæ cultores ac sacris studiis applicati. Hæc tm pro præsenti memoriæ vestræ inculcanda censuimus optime de vobis sperantes qd ipsemet conabimini in illo vos statuere, aut ad illud redigere modernonem vitæ, qd et saluti, et decori nominis vestri sonus proficuus ee possit. Ad quem finem paterna nostra benedictione peramanter vobis elargientes commendamq nos vestris orationibus, vosq in Dño valere plurimum optamus. Datum in Visitu Nro Wyszokoliene die 26 January Año Dñi 1785.

Conservous in Domino

Fr Isidorus Filaszewicz S. T. Lr Vic. Grlis.

Fr Mathias Ostrowski S. T. Lr Secundarius
Officij Vicarij Grlis Prosocius.

Fr Isidorus Filaszewicz S. Thæ Lr Vicarius Congregationis S. Ludovici Ber. Ords Prædi. in Polonia.

In Deo Filio Sibi Dilectis R.R.P.P. Fratribus Præsidenti, nec non Toti Comunitti Conventus Nostri Targovicensis Salutem, et Regularis Vitæ Amorem seduloremque ejusdem Observantiam.

Quum in instituta per Nos hujusce Conventus Nostri Targovicensis Visitatione plurima adinvenerimus quæ usq adeo Religiosos Viros dedecent, Officia, tum erga Deum tum erga homines lædunt, Charitatem Fraternam eliminant, nomenq ac famam Religionis evidenti ludibriorum periculo exponunt, hinc ad amovenda quantocius à Vobis hæc animarum Vestrarum pericula, in quæ Vos prædictorum commissio prolabi fecit: nihil æquius statuendum de Vobis duximus, quam ut Vos coactiva Præceptorum vi, ad rectam semitam morum redigeremus. Quare Authoritte Officij Nostri in Virtte Spiritus S. et S. Obedientiæ, nec non sub formali Præcepto, mandamus, injungimus, ac præcipimus Vobis Omnibus ac singulis, ut hæc sequentia statuta ac præcepta nostra, omnino observetis ac ad amussim exequamini sub pœnis pro inobedientibus statutis. Et quidem.

1mo Tremendum Missæ Sacrificium Summa ab unoquoq Vestrum devotione persolvatur, cum prævia ad eandem præparatione, et subsequenti post gratiarum Actione persolutâ eadem Missâ. Rubricæ Ordinis Nostri, circa modum eandem persolvendi præscri-

ptæ

ptæ, omnino et impræteribiliter observentur. Quod ut facilius haberi possit, habeatur bis in mense experimentum Missæ, quæ Sicca vocatur. Cujus sedulam curam præcipue R.P. Suppriori Conventus committimus.

2do Officium Divinum clare, distincte et cum observatione pausarum semper persolvatur nec in alio loco quam in choro. Quod si intensius in hyeme frigus fuerit, permittimus tunc illud absolvi usque ad matutinum in Sacristia, nusquam vero in Cella id sit licitum persolvere.

3tio ad Chorum et persolvendas in illo omnes horas Divinas, cunctos omnino convenire volumus nisi gravior aliqua ratio aliter fieri postulaverit, unde in mittendis è Conventu Fratribus difficilior sit Superior, semperq curet, ut potior eorundem pars in Conventu rimaneat ad easdem Divinas laudes persolvendas.

4to Quum præcipuum munus Ordinis Nostri sit subministrare fidelibus pabula doctrinæ Xtianæ quibus ad dirigendos mores imbuantur, hocque fieri, minime curetur à Fratribus hujusce Conventus Nostri, Volumus ut ab hinc diligentiores sint in hocce munere abeundo, mandamusq Singulis eisdem Fratribus ejusdem Nostri Conventus Targovicensis, ut in tempore suæ Hebdomadariæ unusq illorum paratus sit ad hanc eandem doctrinam Xstianam, Suis Auditoribus tradendam, sumpta ad id materia de Evangelio currentis protunc Dominicæ vel Festi.

5to Ad excipiendas item Xsti fidelium Confessiones minime se negligentes præbeant quoties de præstando hoc Salutari opere requisiti fuerint, cui maxime illi adstringebuntur, qui illis temporibus, nulla alia occupatione impediti fuerint.

6to Quum necessitas præstandæ alicujus piæ operæ exiguerit, ut aliquis Fratrum extra Conventum progressus fuerit ex mandato et licentia Superioris Sui, curabit omnino, ut expedita illâ operâ, quantotius ad Conventum revertatur.

7mo Cum Conventus iste maxime oneratus sit debito plurium Missarum persolvendarum, constringimus cujusq Sacerdotum Conscientiam, ne unquam sine rationabili et evidenti causa persolutionem Missæ prætermittat, etiam id servare tenebuntur, quoties extra Conventum illos morari vel iter aliquod, etiam in negotio Conventus, agere contigerit.

8vo Severissimi item prohibemus quemcunq Fratrum comparare sibi aliquem potum, sed iste subministretur unicuiq à Superiore cum omni moderamine prout necessitas et infirmitas Fratrum postulaverit. In quo et ipse Superior uniformiter se habebit cum suis Confratribus.

9no Mandamus item ut Fratres istius Conventus hucusq Otio et desidia torpentes, in post diligentiores sint in acquirenda scientia, ad edocendum, instruendum et regendum ac dirigendum aliorum Conscientiam necessaria, Ad quod facilius ab illis obtinendum, volumus, ut casus conscientiæ, ter omnino in quavis hebdomada legantur, et post explicentur per illum cui Superior loci injunxerit. In quo diligenter observando, curam ac Conscientiam R.P. Superioris oneramus.

10mo Depositi leges servari exactissime præcipimus. Et imprimis quod attinet Depositum Comune Conventus, illud sit optime custoditum, serratum, et in tuto loco positum, adilludq omnes omnino pecuniæ undequaq venerint, sunt semper deponendæ, nec extrahendæ sine assistentia Depositariorum.

11mo Elemosynæ quæ pro celebrandis Missis offeruntur, non accipiantur nec distribuantur ad libitum, sed reponantur in aliquo loco serrato asservandæ ibidem usq ad diem ultimam uniuscujusq Mensis, et tunc in præsentia Aliorum extractæ, et numeratæ, num registris, quibus inscribebantur correspondeant, distribuantur post à R.P. Superiore secundum prudentiam et necessitatem Patrum, qui tamen nunquam permittantur onerare se notabiliori quantitate oneris earundem Missarum persolvendarum.

12. Accidentia omnia quæ conferuntur Ecclesiæ hujs Conventus, sive pro sepultura, sive pro administrando Sacro Baptismate, sive Matrimoniorum benedictione, sive aliorum servitiorum exhibitione, de integro applicentur Comuni Deposito. Nec liceat ulli Fratrum quidquam de ejusmodi accidentibus pro Sui Persona sumere ac appriare. Minutiora tamen de his poterit Superior pro ratione prudentiæ et æquitatis inter Frēs distribuere.

13. Nullus Fratrum audeat penes se retinere quamcunq pecuniæ quantitatem sed illam omnino ad manus Superioris consignet deponendam illico ad Comune Depositum. Nec quidquam de illa sibi comparent, nisi quæ ad solam religiosam et pauperem Supellectilem pertinent.

14. Comunes etiam expensæ nullimode fiant per Superiorem, sed per Bursarium ad id muneris electum, cujus fidelitatem graviter in administrando Suo munere oneratam esse volumus.

15. Nihil quidquam, vel reparandum, vel vendendum, vel comutandum de gravioribus rebus assumatur, nisi de assensu Comunitatis Conventus

16. Conscientiam Superioris oneramus ut per quam diligentissimus sit in custodiendis suis Fratribus ab omnibus Compotationibus quibus ingurgitari possent, dissidiis æmulationibus, coeteris in Domino, ut semper in Vinculo Charitatis fraternæ uniti maneant, exemplaremq ducant vitam. 70

17. Quod si illos, ob defectus eorundem, corrigi quandoq necessitas postulaverit, corrigat ac increpet, servata tamen semper Charitate ac prudentia, alienusq omnino sit ab inconvenientibus minis. magis autem caveat ne extra æquitatem feratur in infligendis pœnis quas infligere Sacri Canones vetant.

18. Ad quæ omnia servanda et memoriæ commendanda serio præcipimus R. P. Superiori, ut memor sit statuti legis de habendis Capitulis de Quindena in Quindenam, illamq omnino exequatur, nec unquam prælerlabatur Mensis in quo hujusmodi Capitulum ab ipso non habeatur. Porro in istis Capitulis prælegentur præsentia nostra mandata, et exacta sumeretur ratio num illa observata fuerint, quod si quis in observatione eorundem defecisse inventus fuerit, corrigatur increpetur, et si opus fuerit etiam corporali subiciatur disciplinæ, quæ tamen nonnisi in ejusmodi Capitulis et in præsentia Fratrum Capitulariter congregatorum infligenda erit, et aliter infligendam penitus vetamus.

Hæc ergo sunt Fres in Xto Dilectissimi quæ diligentiæ vestræ servanda à Vobis comendamus, in futuris nostris Deo dante visitationibus, de eisdem à Vobis custoditis nec ne inquisituri et debitam mercedem meritorum vestrorum hac in parte recompensaturi, quam utiq bonam et Vobis utilem esse optamus et ex corde precamur. In quorum fidem etc Datum in Conventu Nro Targoviciensi Die 12 Mensis Augusti Aô Dni 1785.

Conservus in Domino.

Fr Isidorus Filaszewicz S. T. Lr
Vicarius Glis mpp

Registr. pag. 27.

Fr Mathias Ostrowski S. T. Lr Psfr Dig
Officij Vicariatis Pro Socius mpp

Fr. Isidorus Klaszewicz S. T. Lr. Vicarius Gnrlis Congr. S. Ludov. Bertrandi Ordinis Praedrm in Polonia
In Dno filiis sibi Dilectis AA. RR. PP. Exvicariis Gnrlibus, Prioribus Vocalibus, Caeterisq Patribus ac Fratribus
eiusdem Ordinis et Congregatis Salutem, et Caelestem Consiliorum Spiritum.

Depositum in brevi iniuncti Nobis muneris Onus, ac alterum eiusdem triennium feliciori quam unquam
sorte nostra iam iam completum, ut postremas Sollicitudinis ac amoris nostri in hanc Almam Congrega
tionem nostram de nobis exhiberemus partes, datis ad Rssmum Prim Magistrum Gnrlem Ordinis Nostri
Literis Eidem humiliter supplicavimus de concedenda benigne facultate, ab Ipso huic Congregationi
Nostrae celebrandi Dietam in Conventu Nostro Lublinensi recurrentibus suorum temporum Spatiis
in qua de futuro Eiusdem Capite ac Rectore deligendo, deq Caeteris, pro illius utilitate ~~mittendis~~ in-
stituendis provideretur. Responsa ad haec favorabilia quibus dignati sumus significanda etiam
et Vestrae Charitati recepimus, quod exequentes ac Solatii Nostri fructus Una Vobiscum partientes tenorem
Concessae huiuscemodi facultatis Nobiscum Vobis facimus.

Adm Rnde P. Vicarie Gnrlis Salutem. Tuae petitioni Paterne annuentes, hac Epistola Nostra facultatem
facimus ut die 14. Septembris huius anni in Conventu Nostro Lublinensi possis habere Dietam pro trina No-
-minatione Candidatorum ad Vicariatum Generalem istius Nostrae Congrs. Patres Vocales, opportuno tempore
convocabis ad ipsam Dietam, in qua volumus ut Omnia fiant iuxta Consuetudinem quae in ista Con-
gregatione usq modo obtinuit. Tu vero eiusdem Congregatis gubernacula, usq ad diem quo Triennale
munus tuum absolves, imo usq dum Vicarius Gnrlis Tuus Successor Congrm ipsam administrare inci-
piat. Quod attinet ad dubium, quod deinde nobis proponis hoc tibi significandum duximus, eos
nimirum, qui sive per triennium, sive per sexennium Provinciam aliquam seu Congregatm rexerint
statim nominari ad idem munus gerendum non posse, absq expressa Magistri Ordinis Licentia. Interea
curato ut Convalescas et dum precibus Sacrificiisq Tuis nos ipsos Sociosq nostros commendamus.
Benedictionem Paternam Nostram tibi peramanter impertimur. Romae. 4. Aprilis 1787o.

P. T. A. R.

Conservus in Domino Fr Balthasar de Quiñones

Mgr Ords.

His itaq Vobis significatis in vigore earundem Literarum Rssmi Pris Nostri Magistri Gnrlis, ac Aucto-
ritate nobis Commissa tenore Psntium Vobis AA. RR. PP. Exvicariis Gnrlibus, Prioribus, Vocalibus, titulo Vocis
in Dieta gaudentibus, nec non sociis legitime eligendis mandamus, ut Vobis ad dictum Conventum Nostrum
Lublinensem pro Celebranda in illo Dieta designatum, conferatis, idq ad meridiem diei decimae tertiae futuri
Mensis Septembris huius Anni praesentis 1787. non inde prius abscessuri, nisi completis Omnino Omnibus
quae in eadem Dieta agenda ac persolvenda erunt. Deusq semper sit Comes totius itineris Vestri.
Ut autem Omnia, quae praevie disponenda sunt ad huiusce futurae Dietae validam legitimam, ac etiam
utilem Celebrationem, servatis integre legibus ac Consuetudinibus Nostris disponantur, parenturq ab omnibus
vobis, revocamus Vobis in memoriam illa Omnia quae in Encyclicis nostris Literis ad Ultimam praeteritam
Dietam Terespoliensem Vos convocantibus, servanda a Vobis iniunximus, illaq et nunc servari volumus statui-
musq. Et. Primo quidem Nullus ad hanc Dietam futuram convenire praesumat, nisi quem leges
sinunt, atq permittunt convenire. 2do Socius nonnisi a Nostro fli Conventu Varsaviensi est eligendus, cum
in Caeteris Conventibus Nostris desit ille Numerus Vocalium qui ad hanc electionem omnino requiritur.
3tio Eligendus porro Socius Prioris a Cntu Nro fli eligatur servatis de toto iuxta legem servandis, habeaturq eli-
gentibus eundem eadem Cura, ac Sollicitudo, ut ad eius muneris ille distincte seligatur, qui et peritia agendorum
et Consiliorum ratione pollens cum decore ac emolumento tum loci de quo est designandus, tum ipsius etiam Congregtis
suum illud munus sustinere, perficereq possit.
4to Scrutinium pariter de Regimine Prioris a solo Conventu Nro fli Varsaviensi est mittendum, Caeterorum Conventuum
Communitates Conscribere debebunt, Communem Literam, in qua Conscientiosum praebebunt testimonium de admini-
strationae Regiminis suorum Superiorum deq eorundem vitae ratione, Caventes tamen Omnino ne quidquam in illis damna-
bile inveniatur. Sint illae quam brevissimo nec inculto Stylo, exaratae, ambages et Nugas, ne omnino contineant.
Falsitates et Comitia maxime in ipsis vitentur, alias severissima animadversione a nobis punienda. Eadem omnino
serventur et in particularibus querelis, si quas aliquem ad illam futuram Dietam transmittere fore necessum erit.
Literae tandem illae omnes per solas Superiorum manus transmitti debebunt, et minime alio Cursu. Porro in Titulo
earundem Literarum haec est servanda forma Adm Rndo Patri Lri Vicario Grli ac toti Venerabili Capitulo ad Die-
tam Lublinensem Congregato. 5o Sub eiusdem formulis etiam Petitiones porrigendae erunt, nullaq inter
illas easdem petitiones contineatur, quae non sit directa ad emolumentum petentium Conventus, aut ipsiusmet petentis.
6o Testimonium persolutarum ab Unoquoq Spiritualium Recollectionum quovis anno omnino deferendum erit.
Superiores has peregisse testimonium Communitatum suarum probabuntur.
7o Series Fratrum ab Ultima Dieta mortuorum cum annotatione diei illorum obitus comportari debebit ab
Unoquoq Superiorum. 8vo Summae Capitales si quae post Celebratam Dietam Terespoliensem pro obligatio-
nibus perpetuis acceptatae sint notae fiant futurae illi Dietae Lublinensi, ut ab illa supplices post porri-
gantur preces ad Rssmum Mgrum Grlem Ords pro Confirmatione, ac approbatione acceptationis earun-
dem. 9no Similiter si quae etiam Summae Capitales infortunii fato deperierint id quoq notum
fieri debebit Eidem Dietae. 10. Si aliqua Missarum reductio expetenda iudicabitur, id fieri debet

per Communem —

Communem Communitatis Literam ad Rssmum Patrem Magistrum transmittendam, hæc tamen non Sigillata ad Diætam mittetur, Illius iudicio submittenda num ad Iuris æqui-tatisq rationem confecta fuerit.

11º Ut autem quæ agenda Statuendaq sunt in illa futura Deo dante Diæta nostra, eo agantur Statuanturq felici eventu, quem DEi honor ac Congregationis nræ emolumentum requirunt ea propter in Singulis Conventibus Nostris toto illius Diætæ tempore addetur in Missa á quovis Sacerdote Celebranda, collecta de Spiritu Sº pro Illius Divina Benedictione ad illum salutarem finem obtinenda. Reliqui vero Fratres suas quoq his iungere preces non gravabuntur.

Porro hæ Literæ Nostræ Encyclicæ quam primum ad Conventum pervenerint illico ad Communem mensam legantur et insertis earundem copiis Libro Encyclicarum, primo immediate Ordinarie postæ Cursu ad Viciniorem Conventum remittantur assignatis in eisdem diebus, qui-bus receptæ ac post remissæ fuerint. In quorû fidem Pntes Literas Sigillo Officii Nostri mu-nitas propriis Subscribimus manibus. Datr in Cvtu nro Ioli Varsaviensi die 24. maii 1787. anno.

Conservus in Domino

(L.S.)

Fr Isidorus Filaszewicz
STLr Vicaꝰ Grlis mppa

Regª pag. 28.

Fr Ludovicus Joseph Lr Loco Socii.

Fr Isidorus Filaszewicz S. Th. Lector humilis Vicarius Grlis Congr S. Ludov. Bertr. Ordis Prædr in Polonia

In DEi Filio sibi Dilectis Adm Rndis PP. Ex-Vicariis Grlibus, Prioribus, Præsidentibus Vicariis, nec non Patribus ac Fribus Eiusdem Ordis et Congrs salutem, salutaremq mortis recordationem.

Delatis ad nos Literis Rssmi Pris Mgri Grlis Ords Nostri, quibus Nobis significant Obitum Rndi Adm Patris Mgri Fris Joannis Dominici Vilavechiæ Ordinis Nostri Procuratoris Generalis, easdem Vobis communicare quantocius muneris Nostri fore censuimus. In Communi igitur luctu totius Ordinis Nostri de amissione tanti Viri, quem tot virtutum Specimina decoraverant, non exigimus a Vobis lacrymas fragilitatis humanæ indices, aut inconditæ tristitiæ Lamenta, sed pia suspiria, et preces, quæ Justitia, et Excellentissima merita Eiusdem Ordinem Nostrum collustrantia poscunt, desi-derantq, ut uberius ex iisdem Literis ad Nos datis Rssmi Mgri Grlis Ordinis intelligetis. Quæ sequuntur

In DEi Filio sibi Dilectis Patribus et fratribus Ordinis Fratrum Prædicatorum Fr Balthasar de Quiñones S. Th. Professor, Eiusdem Ordinis Universi humilis Mgr Grlis et Servus salutem, et mortis recordationem.

Quam gravem acerbumq animi sensum, ac dolorem ex R. A. P. Mgri Fris Joannis Dominici Vilavechiæ Ords nostri Generalis Procuratoris interitu accepimus, a Vobis facilius cogitando percipi, quam explicari a nobis scribendo potest. Nam clarissimum nobisq, quoad vixit, coniunctissimum Virum ob spectatam morum integritatem, et incredibilem in delato sibi munere obeundo constantiam, atq diligentiam et pendebamus plurimi et unice diligebamus. Lenit tamen, ac fere penitus abstergit ægritudinem nostram spes satis firma, quam Divina bonitate freti de Sepiterna eius felicitate ex Superioris vitæ religiosissime, piissimeq ab eo actæ recordatione concipimus. = Non enim iniustus est DEus, ut obliviscatur Operis illius, et dilectionis quam Ostendit in nomine ipsius. = Nam Troiæ, in Apuliæ urbe, summo loco natus, ac liberalibus, et philoso-phicis disciplinis celeriter excultus, Neapoli, quo Parentum voluntate, ac nutu profectus erat, ut Juris Civilis Scientiæ daret operam, divini Numinis instinctu caducarum rerum pertæsus in Societatem venit Regii S. Dominici Cœnobii alumnorum; cumq Natura ad virtutem comparata esset, illustriq ingenio, tam magnos in pietate, ac literis processus fecit, ut in Provincia, quam Regni vocamus, unus Omnium maxime celebraretur. Quare amplissimos honores, summa hominum approbatione, brevi est adeptus. Etenim primum in celebrioribus Provinciæ eiusdem sobolis, ingenti Literarum et Regularis disciplinæ fructu, atq emolumento, adolescentium Nostrorum studio præfuit, deinde ab Antonino Bremondio Prædeces-sore nostro, æquissimo meritorum eius æstimatore Romam accersitus Socii pro Utriusq Siciliæ Provinciis munus gessit. Quo in munere et Bremondio ipsi, et immortalis memoriæ Viro Joanni Thomæ de Boxadors,

qui Bremondio —

qui Primordio in Supremo Ordinis Magistratu proxime successit, suam fidem, probitatem, prudentiam
cum singulari doctrina, legumq. Familiae nostrae peritia coniunctam adeo probavit, ut is Anno MDCCLVII.
R. A. P. Mgro Fri Vincentio Maria Ferretio e vivis sublato, Villavecchiam nihil tale cogitantem Ordinis
Nostri Gnalem Procuratorem dixerit, trienmoq. post in Hispaniam Sanctae Visitationis Causa pro
fecturus, eidem, quamdiu ipse abesset, Ordinem Vicaria potestate regendum commiserit. Tum vero liqui-
"dius innotuit, quantum Villavecchia ingenio ad excogitandum, Consilio ad providendum, industria ad agen-
"dum, et celeritate ad conficiendum valeret. Nam quadriennio fere, quo Vicariam Ordinis administratione
cum Generali procuratione sustinuit, omnes utriusq. Officii partes sic explevit, ut, quam de se mo-
"verat expectationem longe vicerit; et annis ipsis triginta, quibus in Familiae Nostrae Procuratione versatus est,
nulla res aut publica, aut privata fuit, quam per se, etiam devexa aetate, non obierit, tanta vel in minimis
negotiis accuratione, et circumspectione, quanta vix maxima negotia tractari vulgo ab aliis videmus.
Ex quo factum est, ut eius Sententiae et Romani Pontifices, quibus propter egregias animi dotes, perpe-
"tuamq. in Apostolicam Sedem obsequium carissimus erat, et Sacrae Urbis Congregationes plurimum
detulerint; praesertim cum ipsum in Sententia dicenda, nihil gratiae, nihil timori, nihil Spei tribuere, et
cogitationes omnes suas ad omnem Iustitiae normam dirigere manifesto constaret. Iam Caeteras eius Vir-
"tutes persequi nimis longum esset, et ad vos scribenti minime necessarium. Quotus enim quisq. vestrum
est, ad cuius aures eximiae illius in DEum religionis, in proximos, egenos praesertim, Caritatis, in se i-
"psum rigoris fama non pervenerit? Noverat nempe Vir humanarum divinarumq. rerum valde peritus
ab eo, quem aliis auctorem colendae Virtutis esse oporteret Virtutem coli maxime debere. Itaq. in illo
Summus paupertatis amor fuit, summa erga eos, qui S. Dominici loco Ordinem moderabantur re-
verentia, summum in actionibus suis omnibus ad Instituti Nostri leges exigendis studium, Solitudinis
autem Cupido tanta, et legendi non ad eruditionis ostentationem, sed ad animi Culturam, tam inexplebi-
"le desiderium, ut vix domo pedem efferret, atq. in Cubiculo noctes, atq. dies abditus quidquid ipsi tem-
"poris a Religionis functionibus, a publicis negotiis, et a necessaria Corporis cura vacuum erat, id totum
"optimorum librorum, atq. imprimis Angelici nostri Praeceptoris S. Thomae Aquinatis, cuius illibatam,
incorruptamq. doctrinam latius propagandam, sarteq. retinendam magnopere curavit, Operum lectioni
daret. Hac ratione Vitam ad annos octuaginta quatuor produxerat cum VII Calendas Maias
in lethalem morbum incidit, quin unde esset morbus, et quam gravis animadverterit. Quamobrem illud
quidquid erat incommodi, nervorum vitiis quo conflictari solitus erat, attribuens, proximis diebus non mo-
"do e lectulo surrexit, verum etiam Missae sacrificio, flexis uti consueverat, genibus interfuit. Nam,
quominus ipse rem Divinam faceret tremor manuum, quo iam diu laborabat, impedimento erat. De-
"mum III Calendas Majas multo iam die, cum ipsum medicus, quem tum primum a Nobis fere coactus
accersierat, febri ex rheumate graviter angi deprehendisset, decubuit, et confestim domesticis Omni-
"bus Medicis in Consilium, Nobis item iubentibus, eodemq. qui primus accesserat, pro singulari sua
modestia ac prudentia, non probante tantum, sed etiam flagitante adscitis, secta vena aliisq. artis Me-
"dicae praesidiis adhibitis, morbi vis adeo depressa est, ut febris vel removeri omnino posse, vel certe
aegrotum non tam cito oppressum videretur. Nihilominus effetae illius senectae ratione habita ipsa no-
"cte, quae Calendas Maias sequuta est, pro nostro munere, spectataq. in eum Caritate, homini persuasi-
"mus, ut proximo mane Sacrum Christi Corpus pro Viatico sumeret; id quod ille se libentissime fa-
"cturum testatus est; nec eum porro usq. ad horam sextam inclinata iam nocte observare praetermisimus:
qua hora elapsa, cum nulla non modo proximae mortis, sed ne desperatae quidem valetudinis indicia
exstiterant ~~Extiterant~~, nihil admodum periculi suspicantes, Cubitum discessimus. Sed O fragilem, caducamq.
hominum Conditionem! Cum ipse media ferme hora, postquam nos inde discessimus, e lectulo surre-
"xisset, et in lectulum relatus est, humoribus ad superiorem partem redundantibus, aditibusq. spiritui
praecludentibus, tam vehementer torqueri coepit, ut se exanimari sentiret. Ergo circumstantibus dome-
"sticis innuit, ut Christi Crucifixi effigiem afferant, ac pectus tundens Divinam opem implorat, mox
a Nobis, qui illico admoniti, eo statim accurrimus, ipsumq. ~~mota~~, ac sensibus pene defectum offendimus
sacro exeuntium Oleo inunctus, inter extremas preces, quibus facilem illi exitum adprecabamur,
hora septima decessit. Quae cum ita sint, non inani opinione auguratur animus, ipsum
= expuncta hac ~~[illegible]~~ morte ad immortalitatem venisse, et praemium Vitae, et fidei Christo iudicante
cepisse. = Verum quia = in multis offendimus omnes, etsi dixerimus, quoniam peccatum non
habemus, ipsi nos seducimus, et Veritas in Nobis non est = ut omni terrenae Concretionis

— labe —

labe, si qua forte illi adhuc haeret, solutus in Caelestem Urbem, in quam non intrat = aliquod coinquinatum. = celerius recipiatur, ex Constitutionum Nostrarum distinct. 1. cap. III. tit. praescripto edicimus, ut pro animi eius expiatione Singuli Ordinis nostri Sacerdotes, Missae Sacrificium ter celebrent, Clerici Chori addicti Psalterium semel recitent. Conversi quingenties Pater noster dicant, utq in quolibet Ordinis Caenobio ac monasterio, qua primum die per Ecclesiae leges licuerit, res Divina cum Cantu et Officii Defunctorum recitatione fiat.

Extremum est, ut Vos certiores faciamus a Nobis pro Officii nostri Auctoritate electum, et institutum Ordinis Procuratorem Generalem fuisse A.R.P. Mgrum Frem Pium Bonifacium Fassati Provincialem Scotiae, et Nostrum pro Italiae Provinciis Socium; Virum, ut caetera silentio praetermittamus, cum morum suavitate, tum animi rectitudine praestantem, atq in Ordinis legibus, institutisq, rerum usu, experimentoq versatum. Quidquid igitur ad Romanam Curiam, Procuratorisq Ordinis munus iure, consuetudine pertinet, ad hunc posthac deferetis. Ut autem hoc ea, qua par est, diligentia praestetis, memoria repetite Urbani VIII. Pontificis Maximi Constitutionem Anno MDCXXXV. die 3. Decembr. editam, et Sexto Bullarii Ordinis nostri Tomo impressam, qua Constitutione = Inviolabile Apostolicae firmitatis robur. = accedit Decretis Capitulorum Generalium Romae Anno MDCXII. et Bononiae Anno MDCXV celebratorum, quibus mandatum = Omnibus et singulis Ordinis Nostri Patribus ac Fratribus = fuit in Virtute Spiritus Sancti et Sae Obedientiae, et sub formali praecepto, nec non sub poena Excommunicationis a qua nonnisi per Mgrum Ordinis vel eius Vicarium Grlem, praeterquam in mortis articulo, possint absolvi, et si Praelati fuerint, sub poena etiam absolutionis a suis Officiis ipso facto incurrenda, ne in Romana Curia Negotium aliquod, cuiuscumq illud generis sit, per se, vel per alium, pro se, vel pro alio, etiam praetextu procurationis, vel Commissionis sibi datae a propria Provincia, vel Conventu, inscio Procuratore Generali; et non impetrata ab eo in scriptis facultate, quomodolibet tractare, procurare, inchoare, aut attentare valeant. Valete. Nostri, Sociorumq Nostrorum in Vestris Sacrificiis, et Orationibus memores. Datum Romae in Conventu nostro S. Mariae supra Minervam die 10. maii Anno MDCCLXXXVIImo.

Fr Balthasar de Quiñones
Mgr Ordnis
Regá pag.

Fr Marianus de Angelis Mgr et Prosocius.

His igitur expressis, superest ut Vos admoneamus Patres et Fratres in Christo Dilectissimi, ut Omni Contentione Spiritus ac fervoris suffragia pro anima pie defuncti Patris in Literis Reverendissimi Mgri Grlis assignata peragatis. Memores severae Iustitiae Divinae, qua et iustitias diiudicat, et Hierusalem cum lucernis scrutatur, aliaq esse Iudicia humana, alia Divina, ac cum in Angelis suis reperit pravitatem, Coeliq non sint mundi in conspectu eius, in homine teste D. Augustino, in quanto maiori grada tanto in periculo maiori versante, quantos fragilitatum naevos reperire arbitrandum? Eapropter piis Orationibus Vestris animam eius, si forte piacularibus flammis purgatur, iuvare contendite; ut suffragiis Vestris adiuta Supernas Coeli Sedes possideat. Mandamus insuper, ut praedicta preces iuxta praescriptum Encyclices quam citissime absolvantur. Encyclicaeq hae perlecta, proxima posta ad Vicinoiorem Conventum remittatur, diemq expeditionis eiusdem, sicut et receptionis in libro Encyclicarum adnotari faciatis. Datum in Conventu Nostro Targovicensi die 14. Iulii Anno 1787.

Conservus in Domino
Fr Isidorus Pilarczewicz S. Th. Lr
Vicars Grlis.

L. S.

Reg. pag. 29.
Fr Ludovicus Josephi Lr
Officii Vicalis Prosocius.

Decretum Visitationis

Fr Isidorus Filaszewicz SS Theol. Lector Vicarius Gnlis Congis Scti Ludovici Bertrandi Ords Praedm in Polonia

Rndo Pi Praesidenti nunc et pro tempore existenti, necnon Rndis Patribus et Fribq nunc et pro tempore existentibus in Conventu Nostro Targovicensi salutem, Regularis Observantiae, et boni comunis studium.

Quanquam omnes nervos sollicitudinis Nostrae et Vigilantiae intenderimus ut hicce Conventus Noster, exactissima Legum Nostrarum cum in cultu divino, cum vita comuni Religiosa, cum privata sive Monastica coram Deo, Ordine, Conge et hominibus floreret, Solertiamq Nostram hac in parte in Decreto itidem Visitationis Nostrae Anno 1785. die 12. Mensis Augusti gravibus ac enucleatis verbis expresserimus, significaverimusq; tamen pia haec Nostra sancita sive oblivione, quod non credimus; sive malitia, quod absit ut cogitemus, pessumdata sicut anno praeterito, ita quoq praesenti sub tempus actualis Visitationis Nostrae comperimus. Expropter iterum, iterumq ad Decretum formandum pro ratione muneris ac Officij Nostri (: de quo administrando et Deo et Supremo Rectori Ordinis severam rationem redituri sumus :) compellimur. Nihil hic arbitrio Nostro excogitatum, sed juxta tenorem Sacrarum Legum, Capitulorum Gnlium plurimarumq Ordinationum in Actis nostris sancita atq decreta arbitremini. Nec cujusquam mentem subeat vos multitudine Legum onerari, quinimo cogitate his quae in hoc Decreto continentur salubriori methodo Vobis viam Observantiae Regularis adamussim demonstratam esse. Quare Authoritate Officij Nostri in Virtute Spiritus S. et Sae Obedientiae nec non sub formali praecepto mandamus, injungimus ac praecipimus Vobis omnibus ac singulis cum Superiori, cum Patribus et Fratribus pro nunc, et pro tempore existentibus, ut haec sequentia statuta ac praecepta Nostra omnino observetis, et ne memoria elabantur semel in Mense ad Mensam Comunem Legatis ac ad amussim exequi ac observare omni studio et conatu contendatis et hoc sub poenis pro inobedientibus statutis. Et quidem ....

1mo Volumus ut tremendum Missae Sacrificium Suma ab unoquoq vestrum devotione persolvatur, cum praevia ad eandem praeparatione, et subsequenti post gratiarum actione persoluta eadem Missa. Rubricae Ordinis Nostri, circa modum eandem persolvendi praescriptae omnino et impraeteribiliter observent. Quod ut facilius haberi possit, habeatur quolibet Mense experimentum Missae quae Sicca vocatur. Addimus ne tam Superior, quam religiosi Patres et Fratres faciles sint ad omittendas Missas, nec non ex justa nisi et Legitima causa, et hoc raro eos omittere Missam contingat, et hoc etiam cum eos extra Conventu morari contigerit.

2do

13

2do Officium Divinum clarè, distinctè et cum observatione pausarum semper persolvatur, nec in alio Loco quam in Choro. Quod si intensius in hyeme frigus fuerit, permittimus tunc illud absolvi, quo ad Matutinum in Sacristia, nunquam verò in Cella id sit Licitum.

3tio Ad Chorum et persolvendas in illo omnes horas Divinas, cunctos omnino convenire, nec ipso Superiore excepto, volumus, nisi gravior aliqua ratio aliter fieri postulaverit, unde in mittendis è Conventu Fratribus difficilior sit superior, ipseq' bono exemplo praeat, semperq' curet, ut potior eorundem pars in Conventu remaneat ad easdem Divinas Laudes persolvendas.

4to Oratio Mentalis quotidie bis per dimidium horae habeatur, ad quam cum Superior cum caeteri omnes omnino convenire tenentur, nec quisq' pro arbitrio suo et propria Authoritate meditationem dispensare praesumat, sed solus superior, et hoc nonnisi ex rationabili et gravissima causa.

5to Ad excipiendas item Christi Fidelium Confessiones minimè se negligentes praebeant, quoties de praestando hoc Salutari opere requisiti fuerint, cui maximè illi adstringebuntur, qui illis temporibus, nulla alia occupatione impediti fuerint. Ipse quoq' Superior in hoc tam Salutifero pietatis ministerio exemplarem sese praebere studeat.

6to Quum necessitas praestandae alicujus piae operae exigerit, ut aliquis Fratrum extra Conventum progressus fuerit, ex mandato et Licentia Superioris, curabit omninò, ut expeditâ illâ operâ, quantocius ad Conventum revertatur.

7mo Attendamus ut Fratres istius Conventus diligentiores sint in acquirenda Scientia ad edocendum, instruendum et regendum ac dirigendum aliorum Conscientiam necessaria. Ad quod facilius obtinendum mandamus ut Casus qualibet hebdomada ter habeatur à Rndo Pre Lectore. Ad quem tam superior, quam caeteri fratres omnes omnino conveniant. In quo diligenter observando Conscientiam Rndi Patris Superioris oneramus.

8vo Depositi Leges servari exactissimè praecipimus. Et imprimis quod attinet depositum comune Conventus, illud sit optimè custoditum, serratum et in tuto Loco positum, ad illudq' omnes omninò pecuniae undequaq' provenientes, semper sunt deponendae. Insuper addimus: Ne Superior quidquam audeat privatim et incognito modo recipere, poenes sese et in Camera sua servare, sed illico et quam primum poterit, quidquid, qualisve suma illa fuerit, convocatis PP. Depositarijs, ostensa, numerata, visaq' Suma pecuniaria in deposito reponatur. A quo, qualive titulo, modo recepta sit in Libro Importantiar adnotetur. Nec inde quidquam extrahatur nisi praesentibus Depositarijs, quidquid extractum fuerit numerando, ac mox tum in Registris Conventus, cum Bursarij fideliter inscribendo. Casu autem si unus depositariorum deesset, superior aliquid acciperet, quantum illud fuerit accersito altero depositariorum, et in Locum absentis alium ex PP. assumat, pecuniamq' receptam ostendat, numeret, et adveniente altero depositariorum in depositum pecuniam conferat. Et hoc sub poena absolutionis ab Officio, Casuq' Officio Vicariati reservato, nec non alijs poenis contra inobedientes taxatis.

9no

9no Si quid in necessitates Conventus emere ratio postulaverit, Superior conscripta charta comparandarum rerum, Bursario notificabit, qui pro ratione Officij sui emere tenebitur, quidquid emendum fuerit, et conscientiose de pretio cuiuscunque rei Superiorem certum reddere. Ideo cum aliquid comparandum est pro Conventu Superior nullatenus aliorsum Bursarium è Conventu mittere praesumat nisi Legitima causa postulaverit, et tunc non ipse solus Superior, sed alius P. destinetur qui Bursarij vicem suppleat.

10mo Provisiones consuetae, in Dictis et Ordinationibus Nostris pro cujusque Religiosi Gradus constitutae, et quotannis dari solitae, non ad manus cujusque dentur etiam ipsius Superioris, pro Libitu et privata voluntate expendendae, sed ad depositum Personale inferantur, pro comparandis nonnisi ijs necessarijs, ad quae sunt assignatae, nec inde extrahantur, nec quidquam comparetur nisi cum Licentia et scitu Superioris.

11mo Quodvis stipendium, sive Eleemosinae Conventui provenientes ex Sepultura, vel benedictione Matrimonior, sive Kolęda vulgò dictae, vel quoquo modo conferri solitae, nec Superior, nec quisquam Religiosorum recipiat et sibi appropriet, sed ad Carbonam commune Conventus inferatur, quae bene viso tempore aperta, spectataque quantitate collectae, Superior tam sibi quam alijs Religiosis, pro qualitate Laboris impensi servata proportione et moderamine distribuere in aliqua parte poterit, reliquum Conventus comuni usui applicare severè praecipimus.

12mo Praeterea gravissimè sub poenis proprietarijs designatis, et casibus Officio Vicariali reservatis praecipimus atque districtè mandamus, nè quisquam Religiosorum aliquid, praesertim de pecunia, alijsque pretio aestimabilibus, apud se, sive apud Seculares, aut quosvis alios habeat, celet, sed quinimo ad comune Personale depositum inferatur. Quod si quis secus fecerit, tanquam proprietarius, et Violator gravissimarum Legum noverit se illas poenas ipso facto incurrisse.

13tio Severè mandamus ne Superiores Levibus de causis à Conventu sesè subtrahant, itinera conficiant, quovis titulo aut praetextu, nisi eorum praesentiam gravissima et inevitabilis causa posceret, et hoc non inscijs de profectione eorum, causa itineris, negotiorumque Patribus Conventus. Ad remotiora autem Loca, quae diuturniori tempore eos à Conventu abstraherent proficisci, sine Licentia Nostra omnino prohibemus, nisi Legitima, urgentissimaque causa, negotiumque non privati studij, sed utilitatis Conventus et boni Comunis postulaverit, non tamen sine notificatione toti Comunitati negotij et causae assumendi itineris.

14to Esus carnium serotinus, gravissimè Legibus nostris toties interdictus, et iterum iterumque reassumptus, mandamus ut hic abusus omnino tollatur, et carnes ad Mensam Serotinam sive collationis sive coenae non apponantur.

15to Comendamus et serio praecipimus ut Superior una cum Comunitate, et apprimè maximè rei familiaris Inventarium quam primum conficere satagat, in eoque omnia ad Conventum pertinentia fideliter referre, debita Activa, quam Passiva, servorum numerum, cum annotatione quanto tempore serviunt, quae merces annuatis illis constituta, in foro contentioso, quae Jura, si aliqua fuerint vel in-

-choanda

choanda, vel prosequenda, pro re Conventus, et qua de causa. Cujus duo Exemplaria conficiuntur, quorum unum in Archivio Conventus reponendum, alterum ad futuram, Deo dante Dietam, adportandum statuimus. 74

16to Sacræ Suppellectilis curam et nitorem Superiori quam maxime commendamus, ut deperdita recuperet, neglecta et dilacerata reparare faciat, ac quæq in debita munditia conservare satagat. Centones enim ad Sacra operanda adhibere Canones Ecclesiæ, et quamcunq immunditiam gravissime vetant.

17mo Poculenta et Esculenta et quæq ad victum et vestitum pertinentia non in Superioris Camera retineantur, sed unus ex Patribus assignetur, ut juxta præscriptum Regulæ, sub ejus cura sint quæ poscantur, sive de cellario, sive de vestiario, ut cuiq indigenti, etiam ipsi Superiori servato moderamine subministretur.

18vo Nullus Fratrum Nostrorum non petita et obtenta Licentia Superioris, medicamenta, quoq illa nomine veniunt, etiam ex suo peculio sibi comparare audeat, post à Conventu rependendo, serio prohibemus, sed fiat, ut monet S. Augustinus de consilio Medici, et consulto Superiore, et de ejus Licentia.

19no Districtè itidem prohibemus ne Superior in Conventu Sæculares sustineat, eisq sive partem Conventus, sive Cameram, aut Cameras, sive Loca contigua Conventui, modo et titulo hypothecationis annuatim et ad longum tempus locare audeat, et in habitationem intromittat inconsultis Patribus et invitis. Qui optime bonæ famæ Conventus consuleret, si requisitus, se ad hujusmodi præstando extraneis officio, non habere potestatem fateretur. Hac tamen Nostra prohibitione, non inhibemus, sive Dominos, sive alios quosvis Benefactores, et faventes bene Ordini et Conventui per modum hospitum recipere, ac illis pro aliquo spatio temporis pro opportunitate eorum necessitatis sive intra Monasterium, sive in Vicinis Ædificijs comorari. Causas, Judicia aliaq hujusmodi negotia, et Officia expedienda, modo tamen id fiat sine admixtione intra Claustrum Personarum alterius Sexus.

Hæc igitur sunt Vobis statuta, decreta, atq præcepta quæ vobis observare mandamus atq præcipimus, et nunc iterum præcipimus et mandamus Authoritate Officij Nostri, sub poenis superius expressis et gravioribus addendis in transgressores et Violatores eorundem. In quorum fidem etc: Datum in Conventu Nostro Jargovicensi Die 18va Mensis Julij 1707 Anno.

Conservus in Domino
Isidorus Fitaszewicz S. Th. Lector
Vicar. Gnrlis mpp

Reg: pag: 29

Fr. Ludovicus Josephi Lector
Officij Vicarialis Proc. Socius mpp

Fr. Hyacinthus Luszczynski Vicarius Generalis Congregationis S. Ludovici Betrandi Ordinis Prædicatorum.

In DEI Filio sibi Dilectis A.A. R.R. P.P. Exvicarijs Generalibus Prioribus Præsidentibus Vicarijs Conventuum Lectoribus Professoribus Cæterisq Patribus ac Fratribus ejusdem Congregationis Nostræ Salutem et Omnem in Cunctis prosperitatem

Gravati tot Annorum vitæ Nostræ Numero, ac viribus etiam ut plurimum destituti, quam nihil in votis optabilius haberemus, quam ut Reliquum vitæ Nostræ Cursum in pace ac quiete perficere nos liceret, in adversam ecce detrudimur Sortem et in opinato Opprimemur Casu, Cum nihil talium sperantes, jubemur Subire hoc officij munus quod pro sui Onere proque tot actam gravibus molestijs quibus unde quaque est plenum gravissimum Nobis incutit timorem, ne sub ejus pressura opprimamur. Prævidentibus hæc adversa ac certo etiam experturis tædium jam inesse cepit ipsius etiam vitæ, et certe animo excideremus, nisi Auxilijs divinis protecti in meliorem spem erigeremur, minime alioquin dubitantes, nihil tale circa nos decerni, nullumq tam grave imponi nobis onus a Suprema Providentia, quod non sua Omnipotenti ope sit adjutum. De hac itaq Divina ope nobis benigne Conferenda ut plurimum Confisi, timidi etsi, non tamen omnino renitentes esse volumus dispositionibus de nobis Divinis, humilesq ac obedientes Submisimus Colum nostrum assumendo ac reverenter portando a nobis hoc onere officij Vicarij Generalis quod Nobis immeritis licet ac plane Sua ad id facultate destitutis Conferre placuit Rmo P. Magistro Gli Ordinis. atq ut hujus supremæ suæ voluntatis mandata quam primum Executioni mandaremur, eadem in præsentia gravibus A.A. R.R. P.P. (: Qui nos humanitate ac benevolentia Sua ducti Convenerunt :) die nimirum 17 Februarij Currentis Anni 1788 perlegi fecimus, in hoc Conventu Nostro Tereopoliensi, atq ne quæ per eadem Nobis injuncta fuerunt humiliter exequuti Sumus totos nos obedientiæ devoventes, Cujus dispositionis ac institutionis nostræ ut et ad vos Omnes curæ Nostræ Subjectis devenire notitia possit, eundem in hac Copia exsaratam, denuntiandam vobis duximus, atq denuntiamus quæ est in Tenore tali:

In DEI Filio Sibi Dilecto A.R.P. Hyacintho Luszczynski Ordinis Præm Congrs nostræ S. Ludovici Bertrandi in Polonia Fr. Balthazar de Quinnones Sæ Thæ Professor ac ejusdem Ordinis universi humilis Magister Gnlis et Servus.

Salutem.

Cum RR: PP. Vocales præfata Nostra Congg. Die 14 Septem=
bris huius Currentis Anni in Conventu Lublinensi prævia Con=
cessione Nostra Capitulariter Convenissent ad Consuetam Dic=
tam pro Nominandis tribus quorum unus juxta nostram Ele=
ctionem institueretur Vicarius Gnlis Ejusdem Congg. qui eam
expleto triennio A. R. P. Lectoris Isidori Filaszewicz Vicarij
Gnlis. Moderni administrare possit. Te supra Nominatum A.
R. P. Cl. Hyacinthum Rusczeynski, qui inter illos tres Patres No=
minatus fuisti, et cujus doctrina, Zelo, Prudentia, integritate, atq
experientia plurimum in Domino Confidimus, Matura Conside=
ratione delegimus, Cui hoc munus in tua Obedientia meritum et
dicta Congg. incrementum demandamus. Quapropter harum
Serie Nostriq Authoritate officij Absolventes prius te ab omni
vinculo Excomunicationis aut alio Quocunq impedimento Ecclesi=
astico si quo forte innodatus existeres, ad præsentium duntaxat
effectum rite Consequendum, Damus et instituimus atq sic
Datum et institutum decernimus et declaramus Vicarium Gene
ralem Prædicta Nostra Congregationis ad Consuetum Triennium
Cum omni ea Authoritate et Potestate cum in Spiritualibus, tum
in temporalibus in totam Nostram Congregationem, in que ejusdem
Universos et singulos Conventus, omnesq eorum Personas, qua
Cæteri Vicarij Generales Ejusdem Nostra Congregationis de jure
et probata Consuetudine gaudere solent et debent, Præcipientes tibi
in virtute Spiritus S. et sub Sancta obedientia Formali præcepto
ut hoc Vicarij Generalis officium in te modeste suscipias illudq ad Com=
mune Congregationis bonum, et ad Majoris regularis Observantiæ
incrementum, quam vigilantissime administrare satagas. Porro
sub ejusd Præcepti Formalis rigore mandamus omnibus Curæ No=
stra Subjectis, ut te tanquam legitime a nobis institutum Vicari
um Generalem agnoscant, ac revereantur, promptamq tibi ex=
hibeant obedientiam. In Nomine Patris et Filij et Spiritus
Sancti Amen. Quibuscunq in quorum fidem &c. &c. Datum
Romæ in Conventu Nostro Sæ Mariæ supra Minervam Die
8va Decembris 1707. Ao

Fr Balthazar de Quinnones.
Magstr Ordinis.

Regest. pag. 4.

Fr Marianus de Angelis Mgr
et Prosocius.

Hæc ergo denuntiata vobis benignis percipientes Auribus iterum
atq iterum in Domino Rogamus vos Patres et Fratres Dilectissimi,
ac Vere Cordi nostro Amantissimi, prout monitis Sanctissimi Legis=
latoris ac Patris Nostri Augustini exhortamini, exhibeatis Nobis
illum erga nos pietatis affectum quem habere decet erga omnem
in Potestate aliqua Constitutum, ac illius etiam misereri velitis, qui
inter

inter vos quanto in loco Superiori tanto in periculo majori versatur. Moveat vos ac pietatem vestram annosa nostra Senectus. Moveat et ipsa Salus nostra, ut plurimum in nobis deficiens et continuis infirmitatibus exagitata, quam tamen de integro devotam vobis sciatis. Moveat Cor nostrum quod proprijs Commoditatibus renun:cians totum amori ac utilitati vestræ dicatum vobis offerimus, atq his omnibus, si ita libet, excitati, ad alleviandum hoc onus quod gratia vestri gerendum a nobis assumpsimus Concurrite, et illam servate vivendi rationem, illamq habete custodiam Legum, ut nihil a quocunq vestrum committatur quod nobis merorem ingerere possit. Diligite vos ad invicem, et hac tantum inter vos æmu:lamini, ut in melioribus charismatibus in dies proficiatis. Vigilate, et Sobrij sitis, ne aliquando in prædam cedatis, sævien:ti in vos Leoni, ac in vestram ruinam insidianti. Mementote postremo vitam vestram constitutam esse ut sit in exemplum aliorum, nec permittatis, ut qui a vobis ædificandi forent, pravitate aliqua vestra corrumpantur. Hæc sunt præcipua quæ in præsentiarum vobis proponimus ac commendamus ut a vobis serventur. Cætera commodiori tempore vobis inculcaturi Valete in Domino qui vos in omnibus benedicat, et nos in cunctis Orationibus vestris habete commendatos.

Literas vero has quam primum legi, atq lectas ad sequentem conventum transmitti mandamus, relictis earundem copijs in libris Encyclicarum Datum in Conventu Nostro Terespo:liensi Die 18 Februarij 1788 Ao.

Conservus in Domino

Fr Hyacinthus Łuszczynski
Vicarius Generalis
mp



Reg: pag: 29

Fr Mathias Ostrowski Lr Pfrs Prinæ
Officij Vicarialis Socius

Fr Hyacinthus Łuszczynski Vicarius Generalis Congregationis S. Ludovici Bertrandi Ords Prædicat in Polonia. 76

In DEI Filio sibi Dilectis AA RR Patribus Ex vicarijs Grlbs Prioribus, Præsidentibus, vicarijs Conventuum, Cæterisq Patribus ac Fratribus Ejusdem Conggs et Ords salutem et donorum spiritus sancti uberrimam Communicationem

En tandem aliquando, exoptatissimum tempus adventare, quod expansis brachijs exambientes amplectimur, quo prægravantes nos fasces brevi temporis intervallo deposituros præstolamur. Etenim ad metam consistentes, hos prodromos præmittere cupimus, nimirum Cognitionem defectuum nostrorum, pro quibus Divina remedi, satisfaciamus et ut in tranquilla mentis molatia, pacatos ducamus dies. Nam non solum fertilem syllabum dierum numerantes, sed etiam s: ut probe notum est: fessos vitimulas nostras, multis molestijs opplen cementes, reficere etiam pristinam sortem s: capitulante numinis clementia: reducere, unice anhelantes. Vobis AA RR Patres ac Fratres in Domino Dilectissimi, ex intimis cordium præcordijs significandum duximus. Ad quod Paternam Rmissi Magistri Generalis nostri benevolentiam in subsequenti tenore manifestamus

Adm Rde Pater Vicari Generalis salutem

Supplicationibus tuis paterne indulgentes hac Epistola nostra facultatem tibi facimus, ut die 14 septembris hujus anni in conventu iam designato possis habere Dietam pro trina Nominatione Candidatorum ad Vicariatum Generalem Istius Nostræ Congregationis, Patres Vocales opportuno tempore Convocabis ad Ipsam Dietam, in qua volumus, ut omnia fiant juxta Consuetudinem quæ in ista Congregatione usq' modo obtinuit. Tu vero Eandem Congregationem moderaberis usq' ad diem in quo triennale munus tuum absolves. In omnibus cura ut cuncta in pace fiant. Ad quod Paternam Nostram Tibi impertimur Benedictionem et tuis precibus et sacrificiis Nosmetipsos una cum sociis Nostris Commendamus. Romæ 26 Juny 1790

Conservus in Domino

Fr Balthasar de Quinnones Mgr Ords.

Quibus exaratis Vos Patres et Fratres in Domino Compellamus, ut nullus uno excepto, ab hoc Congressu se subtrahat, et in Conclavi quidquid decidendum fuerit, matura consideratione delibet.

Conventus Congregationis Nostræ s: Firmali Varsaviensi duntaxat excepto :/ Communes Literas, in quibus fidele ac Conscientiosum testimonium exarent, de regimine suorum respective Superiorum, deq'

moribus

moribus eorundem [:] servato tamen moderamine Charitatis conscribant, et manibus propriis subscriptum ac obsigillatum ad manus Ejusdem asportandum tradant.

Siquispiam particularem querelam deferre voluerit, per particulares Literas, haud illi id denegabitur.

Superiores deferant secum, de persolutis Recollectionibus decemdierum ab ipsismet, nec non a suis Conventualibus, pariter circa Sigillum Conventus, subscriptum testimonium.

Iidem quoque Superiores parati inveniantur ad perhibendum de suis Curae eorum Commissis subditis, conscientiosum ac fidele circa eorum mores, perhibere testimonium.

Ut autem [:] Divina opitulante gratia [:] successus Congregationis Nostrae felici Cursu dirigatur, Omnes vos Patres et Fratres in visceribus JESU Christi Contestamur ut Una Nobiscum precationes Vestras ad Deum dirigatis.

Ne vero Conventus Noster Terespoliensis Anticipativo Vestro adventu praegravetur, volumus ac Mandamus quatenus die 13 Ante Occasum Solis in dicto Dicto Conventu Compareant.

Praeterea Mandamus Omnibus et Singulis locorum Superioribus ut Cathalogum Mortuorum secum deferant, quod si secus factum fuerit Severam Nostram animadversionem quam experietur.

Porro hae Literae Nostrae Encyclicae, quam primum ad Conventus Vestros pervenerint, illico ad Mensam publicam perlegantur, atque insertis earum Copiis Libro Encyclicarum, extemplo, Ordinarie posta, via Cursoria, Committantur, assignatis diebus, quibus receptae ac transmissae fuerint. In quorum fidem Sigillo Officii muniitis, Paternam Nostram per Amanter Vobis impertimur Benedictionem. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen Datt in Conventu Nostro Targovicensi 4 [?] 2 Augusti 1790 Ao.

(L. S.)

Conservus in Domino

Fr Hyacinthus Luszczynski
Idem qui supra mpp

Regi Pagi 32

Fr Joachimus Radzinski Lr
Socius et Secretarius mpp

Frater Joannes Cantius Łokaczewski
Sacræ Theologiæ Lector Vicarius Generalis
Congregationis Sancti Ludovici Bertrandi
in Polonia.

In DEI Filio sibi Dilectis Adm RR Patribus Exvicarijs Generalibus Prioribus Præsidentibus Conventuum, Cæterisq Patribus ac Fratribus Ejusdem Ordinis et Congregationibus Salutem

Etsi minime dubitamus de Fraterno effectu, quem non meruimus, quod Convenissent diversorum Conventuum Superiores ad nos, humanitatis exe quentes officia, pro recipiendo Possessu, prout nostris prædecessoribus id fieri et scimus et vidimus. Id tamen præsenti tempore, tam ob arduitatem viarum, quam ut extenuati Conventus Congregationis non patiantur expensam, prætendere non possumus nec debemus. Quare illa negotia, quæ et Dieta ad Convocationem sunt remissa. Nos quoq ea ad opportunius tempus transferimus, nunc autem literas Reverendissimi, quæ nuper ad manus nostras redditæ sunt vobis Communicamus, quarum tenor est talis.

In DEI Filio sibi dilecto Adm Rdo Patri Lectori Fri Joanni Cantio Łokaczewski Ords Prædm Congrnis nostræ S. Ludovici Bertrandi in Polonia

Nos Fr Balthasar de Quiñones Sacræ Thlæ Professor ac universi ejusdem Ordinis humilis Magister Generalis et Servus Salutem

Cum RR Pes Vocales præfatæ Nostræ Congrnis 14 7bris hujus currentis Anni in Conventu Nostro Terespoliensi, prævia Concessione nostra Capitulariter Convenissent, ad Consvetam dietam pro nominandis tribus Patribus quorum unus justa Nostram Electionem institueretur Vicarius Gnrlis ejusdem Congnis qui eam expleto triennio Adm RP. Fris Hyacinthi Łuszczynski vicarij Gnlis guberni administrare possit, De Supra nominatum Adm Rdm Patrem Lectorem

Ffrem Joannem Cantium Lohaczewski qui inter illustres Patres nominatus fuisti, et de cujus doctrina, Zelo, prudentia, integritate atq experientia plurimum in Dno Confidimus, matura Consideratione delegimus, cujus hoc munus in tuæ Obedientiæ meritum et dictæ Congnis incrementum, demandamus, Quapropter harum Serie nostriq auctoritate officij, absolventes prius te ab omni vinculo Excommunicationis aut alio quocunq impedimento Ecclesiastico, si quo forte innodatus existeres, ad præsentium duntaxat rite Consequendum effectum damus et instituimus, teq ita datum et institutum decernimus, et declaramus Vicarium Generalem prædictæ nostræ Congnis ad Consuetum triennium Cum omni ea authoritate et potestate Cum in Spiritualibus tum in temporalibus in totam istam Congnem, inq ejusdem universos et Singulos Conventus omnesq eorum personas, qua Ceteri Vicarij Generales ejusdem nostræ Congnis de jure et probata Consuetudine gaudere solent et debent. Præcipientes tibi in virtute Spiritus S. et Sub Sanctæ Obedientiæ formali præcepto ut hoc Vicarij Glis officium in te modeste Suscipias illudq ad Commune Congnis bonum et ad majoris regularis Observantiæ incrementum quam vigilantissime administrare satagas. Porro Sub ejusdem præcepti Glis vigore mandamus omnibus curæ nostræ Subjectis ut te tanquam legitime a nobis institutum Vicarium Generalem agnoscant ac revereant, promptamq tibi exhibeant Obedientiam. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen Quibuscunq Ce. In quorum Ec. Datum Romæ in Conventu Nostro Sanctæ Mariæ Supra Minervam die 20 Octobris 1790.

Fr Baltasar de Quiñones Mag: Ords.

Reg. pag. 4

Fr Marianus de Angelis Mag. et Prosocius.

Hoc jugum Domini quod Reverendissimus Magister Ordinis nostri imposuit humeris, quibusdam ex vobis in Novissima Diæta Leopoliensi votis unis placuit Confecisse. Sed ut illud digne et laudabiliter feramus Omnium vestrum Orationibus indigemus quibus nos ut Commendatos habeatis obsecramus. Porro hæ literæ nostræ Encyclicæ qua primum ad Conventum pervenerint, illico ad Communem Mensam legantur et in Actis earundem Copiis libro Encyclicarum

primo immediate Ordinaria posta Cursu ad vicinio rem Conventum remittant, assignatis in ejusdem diebus quibus receptae ac postremissae fuerunt. In quorum fidem praesentes literas sigillo officij nostri munitas propriis subscribimus manibus Datum in Conventu nostro Terespoliensi die 4ta Decembris 1790 Anno

Conservus in Domino

Fr Joannes Cantius Lohaczewski
SS Theol. Lr vicarius Prlis

Rego pag: 32
Fr Adamus Skoszewski
loco Secrij

Fr. Dominicus Wyszynski S. Thg Mgr, Superior Generalis, super omnes Cntus in Praefecturis Vothyniensi, Minscensi, Bractaviensi, Voznesensi, et Podoliensi sitos Ords FF. Praedicatorum.

In DEI Filio sibi Dilectis EE. AA. RR. Patribus, S. Th. Mgris, Ex Provincialibus, Prioribus Contratarum, seu Vicarijs Nationum, Prioribus Cntuum, ac Superioribus Locorum, Caeterisq PP. ac FF. Ejusdem Ords et Provae, salutem unanimem in Dno, p publico Provq commodo consultationem, Regularis observantiq Zelum, et abundantem Dej miserentis benedictionem.

Cum placuisset Ill. Excell. RRmo Dnis Dnis Eppis, Latyczoviensi, et Pinscensi, Nos in Nostro Officio, et Jurisdictione non solum relinquere, verum etiam amplissimis privilegijs suis confirmare, placuit quoq nobis permittere, ut juxtà Regulam, Constitutiones, et leges Provinciae antiquas, ~~et juxta~~ procedamus, quatenus per Nos ~~Regulati~~ Cntibus, et Fribus, omnia ordinate Jisdem Excellmis Antistibus exponantur. — Quia igitur juxtà Capitulum Provinciale, Electivum et Definitivum in Cntu Latyczoviensi Aº 1794. Dª 8. 7bris celebratum, accomodativè ad pristinas leges Provinciae Capitulum Intermedium in Cntu Nro Moraffensi constitutum fuit p Aº currente Dª 8. 7bris, Nomen verò Capitulorum juxtà Supremam Interpretationem Excellmor Eppor Legi Imperiali 1795. Dª 6. 7bris prohibitum extitit, voluntatis aum Eorum sit, ut Convocationem propter stabiliendum regulamen citius, qm Dª 8. 7bris faceremus; Ideo Tenore praesentium Nriq Authorittis Officij Intimamus Omnibus EE. AA. RR. PP. S. Thg Mgris, Ex Provincialibus, Prioribus Contratarum, Omnibusq Superioribus, ac Patribus, quicunq negotia expedienda habuerint, aut p qualitate meritorum ad promotiones Graduum aspiraverint, sivè per se, sivè per transmissas petitiones p Dª 14. mensis Augusti ad Cntum Nrum Moraffensem conveniant, ad res Provinciae concludendas. Quam invitationem dum facimus, consurgit in nobis animus summâ alacritate plenus, quia intuebimur Viros optima consilia Nobis ferentes, quos n solum Suprema Authoritas, verum dilectio ex alienis Provincijs nostro copulavit Officio, Quos non solum partium nostrarum erit benignô amplexu recipere, p dignitte honorare, p communi emolumento consulentibus adhaerere, in necessitatibus adjuvare, verum etiam omnes paterno reciproco affectu satiare. — Objectum autem Nostrarum consultationum, praeter alia singularia, id esse volumus: Quomodò, videlicet, augmento Regularis observantiae providere? quomodo gloriam Dei in omnibus Cntibus, et Ecclesijs Nris dilatare? Quomodo RRmis Excellmis Dnis Dnis Eppis Singularibus Protectoribus Nris coram Deo vices reddere? Qualiter Studia Generalia, et Formalia stabilire, ac dirigere? Quos ad Gradus promovere? Novitiatus ubi, et quomodo locare, aut instruere? Egentibus Cntibus et Fribus quomodo succurrere, et providere? Varias consvetudines pro qualitate Provinciarum hucusq diversas, quomodò in unam, et per omnia aequalem componere? Suffragia pro Fribus, Sororibus, et receptis ad beneficia Ords quomodo taxare? et id genus, alijsq honorem Ords, aedificationem Populorum, profectum Juvenum, commoditatem omnium, et Singulorum Frum spectant, providere.

Intereà hortamur omnes AA. RR. PP. Priores Cntuum, et Superiores Domorum, ut à promovenda Gloria Dei, pro sequenda Regulari observantia, dilatanda dilectione, pro curando bono communi, omnibusq augendis bonis non desistant; Omnes enim leges in vanum stabiliuntur, si in iis, ad quos pertinet desit cura et sollicitudo implendi. — Pro servanda autem pace, concordia stabilienda, officijs custodiendis inter humana id primum arbitramus; si Superiores, praeter dilectionem, quam cordi Singulis praestare tenentur, illam opere probaverint; Nam apertè S. Evangelista dicit: Probatio dilectionis est exhibitio operis.* Ideò per viscera misericordiae, per strictissimas Leges Nrar Constitutionum Obtestamur Omnes Superiores, ut FF. de victu, et amictu sufficienter provideant, non obstantibus quibuscunq, Vestiariorum taxatis consvetudinibus. Si aum Proventus Conventuum hujusmodi sufficientiam prohibeant, tot alant Religiosos, juxta legem S. Concilij Trid. quot decenter sufficere possunt, Egestas siquidem Frum, multorum malorum originem parit.

Jam quidem 2dm Consilium Prum Provq in Conventibus Constantinoviensi, Moraffensi, Tyvroviensi, Szaravcensi, Latyczoviensi, sub actuali Visitatione juxta Proventus Dictorum Cntuum congrua Annualia Vestiaria, pro Fribus taxavimus; Sed quia multa negotia cum Ill. Excell. RR. Dnis

Locor

4

+Locorum Ordinarijs expedienda, non permittunt nos quantocyus ad visitandos alios Cntus descendere, ideo cupientes ut in alijs Cntibus eadem impleri, quæ in nonnullis iam stabilivimus, pro fraterna charitte opere complenda; et pro servanda justitia distributiva sequentem Ordinationem vim perpetuæ legis habentem, utpote ex unanimi Consilio Prum Provæ provenientem adiungimus, strictissime omnes Superiores Cntuum ad illam servandam obligantes. 81

Conventus Vinnicensis unicuiq Fri Annui Vestiarij, unà cum hiemali Flor. 100. Calceamenta et Stroph.
Conventus Iulczynensis p Florenos 100. Calceamenta, et Strophia
Barensis Flor. 100. Calceamenta et Strophia = Solobkovecensis p Flor. 80. Calceamenta et Stroph.
Scholensis Fl. 80. Calceamenta et Strophia = Smotricensis p Flor. 100. Calceamenta et Stroph.
Lachovecensis p Flor. 100. Calceam. et Stroph. = Residentia Kulczynensis p Flor. 80. Calc. et Stroph.
Cntus Camenecensis, quia numerosum Novitiatum sustentat, relinquitur actuali Visitatori Nræ.
Moniales Conv. Camenecen medium Proventuum à Suis dotibus. = Minscensis p Flor. 80. – Ziambrnensis p Flor. 100. = Chotacevicensis p Flor. 100. = Zastaviensis p Flor. 100 – Ralwviensis p Fl. 80
Stolpcensis p Flor. 80 – Klecensis p Flor. 100. – Pinscensis p Flor. 80 – Lubarensis per Fl. 80.
Chodorkoviensis p Flor. 80. Ovrucensis per Flor. 80. Ubiq aûm conveta calceamenta, et Strophia.

Conventus de novo adjunctos futuro intimato Consilio relinquimus Fres. Conversi iuxta usum antiquum, nisi merita alicuius aliter Superioris Locales arbitrio monstraverint. Relinquimus aûm et judicio et conscientiæ Superiorum, ut si aliqui ex Fribus huiusmodi acceptum Vestiarium in mala vertere præsumpserint, talibus de necessarijs vestibus provideant, salvâ integritate præfixi vestiarij.

Iniungimus etiam omnibus Superioribus, ut in Suis Cntibus Scholam pro erudiendis Puerulis in Rudimentis fidei, legendo, scribendo, numerando, etiam linguâ Ruthenâ instituant. Pariterq volumus, ut p possibilitte, aliquos pauperculos Nobiles recipiant, alant, tegant, erudiant. Postulat hoc ex nobis charitas, quâ ipsimet ex dilectione Fundatorum alimur, aliena, ut aiunt, peccata manducando, postulat Justitia, ut alijs pauperibus partem dotis nostræ frangamus, postulat utilitas, quia pueruli sic piette imbuti, in tempore poterunt habitû recepto, Ordinem, et Provinciam fovere, quia demiq sic nobis, et per nos Vobis mandarunt sua dispositione Illmi Excellmi Eppi.

Iandem iniungimus Oibus Superioribus, ut unusquisq cantare faciat unam Missam p incolumitte Ill. Exell. Rmi D. Michaelis Romani Sieralowski Eppi Laticzov. Alteram p incolumitte Ill. Exell. Rmi D. Gaspari Cieciszewski Eppi Pinscensis: quatenus Ipsos Dnus Deus misericors conservare dignetur p communi Ecclesiæ bono.

Ut aûm huiusmodi actûs solemnitas fiat celebris Coonem Theologicam publice defendent ex Studio Theologico Moraffensi R.P. Lr Jacobus Jasinski Professor Imarius. et R.P. Lr Henricus Kowalski Professor 2darius – R.P. Lr Cælestinus Janiszewski ex Studio Philosophico Lubarensi

Cum aûm vos PP. Meritissimi plenis visceribus dilectione ad hæc comitia Intermedia invitamus sine cunctatione arripite iter, quod Vobis Deus, qui est via, veritas, et Vita SS. V. Maria Protectrice Nrâ interveniente, prosperum reddat, mittatq desuper Angelum suum, qui vos sanos, ac incolumes ducat, atq reducat. Ut aûm cuncta Provæ negotia omni ex parte Deo inspirante bene procedant commendamus devotioni Universorum PP. FF. et Soror, quatenus hac die pro placito effundant preces altissimo. = Commendamus etiam vobis animas Dilect. Frum Nror, qui pie in Dno obierunt, ut a Vobis pijs possint Orationibus, et suspirijs adjuvari.

In Cntu Byszovensi P. Lr. Vincentius Kondracki Fil. Cnt. Rosar.
In Cnt. Constantinoviensi P. Jordanus Gatuszkiewicz Fil. C. Leop. Maj.
In Cnt. Tyvroviensi Fr Dominicus Bratobrzecki Conv. Prof. Fil. Camenec.
In Cntu Novogrodensi P. Lr. Bonaventura Ostrowski Fil. Cnt. Ejusd.
In Cnt. Pinscensi Rel. Fr Dominicus Zaborski Cler. Prof. Fil. Lubarensis
In Cntu Czarnobilensi P. ~~Do~~ Benedictus Stoianski Fil. Leop. Maj.



In Cntu Novogrodensi V. Lr Antoninus Kuszczykowski Fil. Cnt. Rosar.
In Eod. Cntu V. Lr Reginaldus Biegański Fil. Rosar.
In Cnt. Novogr. Sanctimonialium Sor. Stephania Bohuszowna, et Sor. Columba Chominska
Recommendamus insuper Ursulam de Tuszkowskie olim ad beneficia Ordo à Rmo Generali receptam

Pro quibus omnibus debita quantocyus suffragia persolvantur. Ecertiori autem huius nrae Literae Encicliae cursu mandamus omnibus Cntuum Superioribus, quatenus praesentem Literam ad publicam mensam perlectam, et Libro ad hoc designato ingrossatam, juxta lursoriam hic appositam de Cntu ad Cntum transmittant. Ad ultimum omnibus Vobis VR ac FF in Dno Dilectissimis Nos orationibus commendantes Dei et Paternam benedictionem peramanter impertimur. In Nne Ris et Filij et Spus S Amen. Quibuscunq. in contrarium etc. In quorum fidem etc. Datt. in Cntu Nro Lubarensi D. 16. Aprilis 1796. A°.

Conservus in Dno.
Fr Dominicus Wyszynski Mgr S. J. O.P. ~

Reg. pag. 13.

Fr Felicianus Mirski Lr P.R.C. et Socius

Ex Mandato EARPris Dominici Wyszynski Prioris Provincialis Ords Prad. inseruntur omnia ab Ipso sub tempus Actualis Visitaonis recomendata tum ad quaedam stricte observanda, ~~tum~~ ad aliqua noxia vitanda.

Fr Dominicus Wyszynski Missionarius Aplicus S. Thae Mgr Prior Provincialis Provae S. Hyacinthi in Russia, S. Ords FF. Pradicatorum

Ut quilibet ex viventibus in hac lacrymarum valle, dono verae Religionis insignitus optatissime desiderat, gloriam Dei propagadnem /: à quo vita, protectio, et omnium beneficiorum innumerus cumulus uti à fonte profluit atq procedit :/ ita ab exordio mundi secuti Sapientiae aeternae veritatem, in servitutis ac debiti obsequij significationem confugiebant ad Deum uti Patrem, Dnum ac Servatorem Suum. Obvia ac manifesta sunt huius ~~rei~~ rei monumenta; Sic Abel eligit locum in quo immolat Sacrificium Holocausti, cum ipsoq simul cor suum dedicat Deo. Sic Jacob oleo ungit lapidem designando locum hunc honori Dei esse consecrandum. Sic Salamon splendidissimum edificat templum, et consecrat cum plenissima solemnitate, ob cujus rei causam, apertissimam à Deo accipit promissionem, quod in hoc loco evidentissimam benignitatis suae, et misericordiae homines consequantur manifestationem.

His alijsq per necessarijs causis permoti Antecessorum Nror vestigijs addicti, sub tempus Actualis Visitationis Nrae Cntus Targovicensis, cum non parvo cordis dolore affecti conspeximus, oculisq nostris conspeximus obrutam esse Ecclesiam, ob antiquam Ejus fundationem, Devotio autem cum magno incommodo Christi fidelium ab aliquot annis persolvitur.

Atq ideo animo volventes omnes circumstantias noxias esse futuras, Authoritte Officij Nri Tibi ARPri S. Thg Lri Petro Palisiewicz Priori Cntus Targovicensis Ords FF Pradicatorum concedimus plenam licentiam, atq omnem potestatem ac facultatem tribuimus, quatenus Tua Dexteritte, diligentiâ, ac erga Dei gloriam promulgandam ardore, unam lineam Cntus, incipiendo à Porta usq ad Coritorium Refectorij in Ecclesiam aedifices, comparationem, vulgò <u>Sklepienie</u> destruere, et parietes, cum omni decore, ac pulchritudine ad normam Ecclesiae efformare digneris. Hac autem omnia ut cum consilio Perfecti Architecti fiant, stricte et sub formali S. obedientiae pracepto Tibi ARPri injungimus.

Ast, cum Cntus in summa egestate, ac paupertate existens, impossibilis sit ad extructionem Ecclesiae, idcirco confisi in Providentia Clementissimi Dei Pris Nri, quod Illmi Dni tam manentes in hac Parochia, quam Cateri Benefactores commoti misericordiâ, ex hoc speciali motivo, quod corpora usq ad universalem Resurrectionis diem in loco, et in domo Dei requiescent, animaeq suspirijs Sacerdotum

Missarumq Sacrificiis multum adjuvantur, praestabunt pro hac Fabrica necessarium Subsidium. His aliisq permoti causis commendamus Ad Rdo Priori, ut Librum ad id designet, in Eoq Elemosinas pro Ecclesia construenda collectas adnotet, et conscribat. Quaestuarios ad Illmos Mgcos Dnos mittat, Et quis ex munificentissimis Benefactoribus aliquod elemosinae ex peculio elargietur, ut propria manu obtestificationem veritatis in charta ad id designata se subscribat. = Nomina autem omnium in Nova Ecclesia (si Deus concedet) adscripta erunt in tabula ampla ad Altare magnum, ut quotidie in Sacrificio Missae habeatur à quolibet Sacerdote memento ad Deum pro ipsis, quatenus DOM. hosce Benefactores et Collatores post longissimas annorum series Libro vitae aeternae adscribere dignetur. Quod omne ut plenum, ac perfectum sortiatur effectum Dei ac Nram impertimur Benedictionem. Quibuscunq etc. In Quorum fidem etc. Datt. in Cntu Nro Targovicensi sub tempus Visitationis Actualis. Die 1a Mensis July 1796 Ao

Conservus in Domino

Fr Dominicus Wyszynski Mgr Pvincialis

{L. S.}

Fr Felicianus Mirski S.T.Lr PRC. et Socius

Zlecenie O. Przeorowi Targowickiemu do zachowania zostawione w czasie Aktualney Wizyty.

1mo Gdy Kościoła wystawienie konieczna wyciąga potrzeba, y na to naznaczyliśmy iedną Linię Klasztoru, aby iak nayprędzey O. Przeor. tę dzieło zaczoł obowiązuiemy.

2do Że Szpital z gruntu zepsuty, przeniesie w insze mieysce O. Przeor Ubogich, a na tym mieyscu obszernieyszy wystawi,

3tio Ubogich liczbę powiększy w Szpitalu dla nabożeństwa Rozancowego w Kościele.

4to Szkołkę założy Parafialną, wyznaczy na nię iedną Celę, podda pod dozor O. Suppriera, bo ta iest gin. Pasterza. wola

5to Przepis względem wiktu we wszystkim zachowa, dla tego te dyspozycye weiągnie in librum Encyclicarum, a nadwie ręce przepisawszy, ieden Exemplarz w swoiey Celi, drugi w Szafarni ma bydź przybity

6to Dla Zakonnikow zawsze ma być Alembikowa Gorzałka, aieby nigdy prostą nie traktować, codziennie zaś każdemu dać kieliszek przed Obiadem, a kieliszek przed Kolacyą, wszystkim zaś zakazuie się postanie z prowadzenie z miasta Gorzałki, ieżeliby w tym kto był wysledzony, tedy po dwoch upomnieniach, na pięć dni naznaczyć Cameram propriam pro Carcere, w Niedzielę, wtorek, Czwartek, pierwszą tylko dać porcyę y Szklankę wody; w Poniedziałek, Srzodę, Piątek in pane et aqua pościć będzie, a w Sobotę obeydzie się Jęczmiennym kleykiem. Ieżeliby po tey pokucie niebyło poprawy ad formales Carceres zamykać, dając nam znać, a my ad Cntum Correctionis na Siedmioletne pokutę odsyłać będziemy.

7mo Co Niedziela, y Swięta Uroczyste Zakonnikom ma bydź dana Szklanka miodu.

8vo Vestiarium in Intermedio Capituli dla wszystkich ułoży się

9no Praczka żeby był Klasztorna, tak do Bielizny, iako też Habitow naięta y płatna zaleca się.

10mo Na Silentium debitâ horâ dzwonic ma O. Supprzeor, y tę quam strictissime zachować, omnes sunt obligati juxta Leges Nostras.

Haec omnia Executioni mando. Datt.m in Actuali Visitatione Cntus Targovicensis d. 2. July 1796. Ao

Fr Dominicus Wyszynski Mgr Provincialis mpp

{L. S.}

Fr Felicianus Mirski S.T.Lr PRC. et Socius mpp

Rosporządzenie Stołu na wszystkie dni Tygodnia przepisane podczas Aktualney Wizyty ktore ma bydz wewszystkim zachowane.

Niedziela

Na Obiad 1° Barszcz. 2. Sztuka mięsa – 3° Makaron 4° Pieczenia 5° Jarzyna Kolacya. 1° Na Bulonie z pod Sztuko mięsa rzadko zasypana krupkami Zupa. 2° Zrazy 3° Kasza.

Poniedziałek

Obiad. 1° Rosot 2° Bekefleysz, lub z Sliwkami duszenina 3° Lazanki 4. Pieczyste 5° Jarzyna Kolacya. 1° Krupnik 2° Bigos 3° Pieroszki.

Wtorek

Obiad. 1° Kapustniak 2° Sztuka mięsa. 3° Kasza pieczona 4° Pieczyste. 5° Jarzyna. Kolacya. Na Bulonie Ciasto lane 2° Prosie, lub inne Pieczyste. 3° Kasza.

Srzoda.

Obiad. 1° Grochowka ze Sloniną y włoszczyzną. 2° Potrawa z Prosięcia, lub Kury, albo innego drobiu 3° Legumina. 4° Pieczyste. 5° Jarzyna. Kolacya. 1° Krupnik 2° Zrazy bite 3° Kasza.

Czwartek.

Obiad. 1° Rosot 2° Sztuka mięsa. 3° Legumina. 4° Pieczenia 5° Jarzyna Kolacya 1° Na Bulonie Ciasto Szatkowane 2° Pieczyste. 3° Kasza.

Piątek.

Obiad. 1° Barszcz, 2° Ryba 3° Kluszeczki pod Poliwkę 4° Hreczuszki 5° Kapusty. Kolacya. Grzanki.

Sobota.

Obiad 1° Kleiek perłowy 2° Ryba. ~~3° Ryba~~ 3. Kasza pod poliwkę 4° Pirogi. 5° Jarzyna. Kolacya. Kaszka Serwatczana zabielana smietaną. 2° Jaia Sadzone 3° Kluseczki z Syrem.

Na Post Wielki starać się będzie O. Przeor, o Rybę, wiziny, Stokwisz, Sledzie, y sam rosporządzi na wszystkie Dnie w tygodniu, tak zeby na pięć, lub szeić potraw było na Obiad, Exceptô Die Dominico, unica comestio. wtorek y Czwartek pro refectione sivè collaciuncula po dzwonku Ryby pozostałey z obiadu. Poniedziałek, Srzoda, Piątek, Sobota, Grzanki y Piwo.

Ita esse volo.

Fr Dominicus Wyszynski Mgr Provincialis mp

{ L.S. }

Fr Felicianus Mirski Lr PRL. et Socius mp

Fr Dominicus Wyszyński Missionarius Apostolicus. Sacræ Theo. Magister, Superior Generalis, Super omnes Conventus, in Præfecturis Volhyniensi, Misicensi, Braclaviensi, Podoliensi, et Woznesensi sitos, Ordinis Fratrum Prædicatorum.

In DEI Filio sibi Dilectis EE. AA. RR. Patribus Sacræ Theo. Magistris Exprovincialibus, Vicarijs Nationum, Prioribus Contractarum, et Conventuum, Superioribus domorum, Cunctisq Fratribus et Sororibus, Salutem, profectum in Spirituali perfectione, abundantemq DEI miserentis Benedictionem.

Cum placuisset Altissimo a quo cuncta procedunt, ac Patribus Congregatis ad Intermedium Capituli, Regimen Provinciæ, quod huccusq tremente por[t]avimus, ad reliquum Quadrigenij, tempus portandum infungere, dum noverimus oneritum vires nostras, excedere, vestra ad Deum deprecatio, imbecillitatem nostram juvabit, Post nuper autem celebratum Capitulum Intermedium in Conventu nostro Morachvensi, cum objectarum nostrarum Consultationum, præter alia Singularia id esse fuerat, quomodo Gloriam Dei in omnibus Conventibus, et Ecclesijs dilatare, qualibet Studia Generalia, et Formalia Stabilire, ac dirigere, quos ad gradus promovere. = Novitiatus ubi et quomodo locare, aut instruere? egentibus Conventibus, et Fratribus, quomodo succurrere, et providere? Suffragia pro Fratribus et Sororibus Ordis nostri quomodo taxare? hæc omnia Inspirante Spiritu S. cum Patribus Provinciæ, quæ honorem Ordinis, ædificationem populorum profectum juvenum, commoditatem omnium et singulorum Fratrum spectant, præscripta ac stabilita sunt unanimi voce et Consensu. Et ideo cuncta vobis illico manifestare Paterna nostra dilectio compellit.

Inprimis denunciamus vobis sequentes promotiones ad Gradus et quidem

Ad gradum Magisterij

1mo Promotum esse Titulo scholæ in locum actu vacantem post obitum A.R.P. Magistri Prosperi Lentz A.R.P. Sacræ Theo. Præsentatum Frm Gabrielem Rubanowski Regentem Studij Generalis Pinscensis.

2do Promotum esse Titulo Scholæ in locum actu vacantem post obitum A.R.P. Magistri Samuelis Korzeniowski. A.R.P. S.T. Præsentatum Frm Alanum Kiliański.

Ad Gradum Præsentaturæ Titulo Scholæ.

1mo Promotum esse A.R.P. S.T. Lrem Onuphrium Załuski in locum actu vacantem, post obitum A.R.P. Simonis Hycz.

2do A.R.P. S.T. Lrem Thomam Ejski in locum A.R.P. S.T. Præsti Alani Kiliański

Ad gradum Præsentaturæ Titulo prædicationis.

1mo Promotum esse A.R.P. S.T. Lrm Frm Felicianum Mirski in locum actu vacantem E.A.P. Apollinaris Balicki,

2o A.R.P. S.T. Lrm Augustinum Niedziałkowski, in locum actu vacantem post promotionem A.R.P. S.T. Præsti Gabrielis Rubanowski ad gradum Magisterij.

Ad gradum Prædicaturæ Generalis.

1mo Promotum esse A.R.P. Vincentium Balbiec pro Cntu Morachvensi post obitum A.R.P. Alberti Szybiński.

2do A.R.P. Celsum Śliwiński pro Conventu Czarnicensi post obitum A.R.P. Remigij Haciski.

3o A.R.P. Joannem Czajkowski pro Cntu Tyśmienicensi post obitum A.R.P. Nicolai Kozłowski.

4o A.R.P. Januarium Gryglewicz pro Cntu Leopoliensi post obitum A.R.P. Philippi Stefanowicz.

6o A.R.P. Stanislaum Zakrzewski pro Cntu Pinscensi post obitum A.R.P. Ludovici Ciechanowicz

6to A.R.P. Hyacinthum Hlaszko pro Conventu Chotajurionsi post obitum A.R.P.
F.j. Dołęgowski
7mo A.R.P. S.T. Lrem Joannem Szianski pro Conventu Nievirkoviensi.
8vo A.R.P. S.T. Lrem Gundysalvum Zielinski pro Conventu Kosero camenecensi
9no A.R.P. S.T. Lrem Josephum Słotarski pro Conventu Targoviensi
10mo A.R.P. Michaelem Jaykowski pro Conventu Czartoryensi.

Statutum item est a Patribus Provinciæ et unanimi voto Sanxerunt pro Studio Generali Pisiensi, ut pote determinatum a Supremo Ordinis Capite sequentem provisionem a Conventibus faciendam, videlicet, Conventus Smotriciensis dabit quolibet anno fl 150 Conventus ~~[illegible]~~vensis fl 150 Conventus Berensis fl 50 Conventus vetaro – Constantiensis fl 200 Conventus Hlecensis fl 300 Conventus Zastaviensis fl 500 Conventus Chotajuriensis fl 400 Conventus Lachovecensis fl 50 Conventus Luceoriensis fl 300 Conventus Czartoriensis juxta morem Congregationis. = C.A.R. Pr Sa Thæ Magister Exprovincialis Casimirus Wilamoski fl 100 A.R.P. S Thæ Præsentatus Porphyrius Ranowski pro hac sola vice fl 100: Qua Provisione facta Patres rogarunt ut non dum pro hoc Studio Generali sed etiam pro alijs studijs Ordinatio Studiorum conficiatur, ne Alumni otio tempus perdant, qua propter talem profectum Studiorum, mox confecta est Ordinatio – Quoniam in Capitulo intermedio Celebrato Anno 1796 Die 15 Mensis Augusti in Conventu Moracheven si Patres pro eodem Capitulo Congregati primariam curam adhibuerunt pro flore et decore Ordinis et Provinciæ circa provectionem Studiorum et bonam in ijs Educationem, Unde Religionis Christianæ defensores exurgere debent, qua propter dum Studium Generale a Capite Ordinis Magistro Generali Balthazaro de Quinnones erectum ac confirmatum in Conventu Pisiensi continuandum ac sustentandum provisione aliorum Conventuum Patres in dicto Capitulo Sanxerunt, ideo quoque voluerunt ne juventus moderno perverso sæculo otio torpescat, sed potius arma scholastica contra Heterodoxos Neotericos fortiter arripiat, hanc Ordinationem nedum pro Studio Generali Pisiensi sed etiam pro alijs quoque Studijs in Cœnobijs florentibus omnino necessarium præscribere, in qua nemo Moderatorum quocunque prætextu valeat dispensare aut mutare – Et quidem = Primo Ne plures sint dies in Anno Scholastico vacantes, quam laboris scholastici, serio inculcatur qua propter in Hebdomada sola Feria Quinta erit feria vacans pro recreanda mente et animo, Cæteri dies erunt dies scholæ, Unde cassantur ab hinc omnia officia Regentis et aliorum Professorum non quidem, ut non possent sua officia in choro et Ecclesia peragere, sed ne prætextu eorum hac die a Scholis vacarent alumni, Sola tantum Festa Publica quo ad Populum a Scholis Juventutem dispensabunt, Sicuti etiam illæ Hebdomadæ tantum in Constitutionibus nostris expressæ in suo robore permanebunt. 2do In illis conventibus, ubi Studia vigent R.P. Prior localis diebus Scholasticis sub nullo prætextu audeat Juventutem ad alia obsequia applicare, ut hactenus factum fuerat cum præjudicio moderatorem et destructione Studiorum et Studentium. 3tio Ut itaque Religionis Catholicæ fundamenta a Juventute nostra edoceantur et quidem diligenter statuitur, ut Theologia Dogmatico, Historico, Critico Scholastica tradatur, quod quidem ita fiet a Moderatoribus, quotiescunque quæstio aut Circulus circa Dogma proponetur, prius exponetur Historia vel historia Hæresis Arianæ, Ortus, progressus, fundamenta et omnia alia, huc spectantia, et qualiter ab Ecclesia sit damnata Crisis annorum et aliorum, quæ a Theologis controvertuntur juventuti tradetur. Quapropter antequam de Typo veniet Pater Gazzaniga magnus et Celebris Ordinis Nostri Theologus, Pater Regens illum tradet ad Calamum Studiosis et adhibebit quoque alterum Ordinis Nostri Theologum Ptem Serry Ejus scilicet Dissertationes

polemnicas ita quoq faciet Pr Secundus Legens seu Baccalaureus et quod in ijs dictis Theologiæ deerit utetur Pater Billuart.

4to Lectio prima quæ disputationi Pris Regentis relinquitur indispensabiliter erit ab hora matutina Sexta ad 7mam adu ab hora 7ma per integram horam ad octavam cum explicationibus indispensabilibus, quibus lectionibus finitis circulum seu disputatio Conclusionis Theologicæ aut Philosophicæ sequitur. Iam vero post meridiem Conferentia per integram horam omnino tenebuntur, tam Theologicæ quam Phisica in quibus nedum Magister studentium, sed etiam Studentes movebunt Difficultates et resolventur. Iam vero hora Studij ante cœnam vespertino tempore a Magistro Studentium cum suis alumnis in Refectorio congregatis absolvetur et ea quæ non intelligentur a Studentibus emulcabit. Iam vero Professores Philosophiæ in aliqua Cella horam Studij peragent.

5to Professor moralis et Canonum omni Hebdomada duas habebit lectiones, unam ex morali Theologiæ, alteram Canonum, et sic quoq omni hebdomada habebit disputationem hebdomadalem, una Hebdomada ex Morali, altera ex rebus Canonicis, quam oppugnare, cuiq dabitur locus, et difficultates proponendi. Et si fieri poterit explicabit Theologiam Moralem Pris Danielis Concinnæ adhibita quoq Phiâ morali Pris Natalis Alexandri ut pote saniorum Patrum mentem

6to Quoniam perspectum habemus cum summo dolore Cordis malitiosum et nimis novitius irrepsisse abusum quod tam in Hebdomadalibus quam in Luminaribus Conclusionibus nedum studentes, sed ipsi Professores cum Satternionibus suis, seu scriptis veniant ad scholam, ubi disputando magis legunt quam memoriæ sua Thesim mandarunt, ideo serio inhibet ne hoc amplius fiat, sed respondeant, quæ memoria didicerunt, et non legant suas responsiones = Quapropter 7mo Statuitur ut primum Moderatores etiam lunares Theses ipsimet per se defendent, primam absolvent in Adventu. Adam in Quadragesima 3m post Dominicam primam octavæ Trinitatis sicuti etiam omnes alij Professores Theologiæ et Philosophiæ facient, et quisq eorum publicam disputationem absolvat.

8vo Ut itaq Moderatoribus et alijs Professoribus appareat diligentia alumnorum, propterea statuitur, ut ex quolibet Tractatu et ipsa etiam Philosophia triennali fiat in anno Examen unum post octavam Epiphaniæ, alterum post Dominicam in Albis. 3tium Ante Festum S. Bonaventuræ et tunc cessabunt scholæ Theologiæ et Philosophiæ, vero durabunt usq ad Festum S. Patris Nri Dominici, et sicut habent finem præfixum scholæ sic quoq initia sument indispensabiliter immediate in crastinum post Festum Exaltationis S. Crucis, secundum antiquam Provinciæ Consvetudinem.

9no Et quoniam ex dubijs in Adventu per adm. R. P. Regentem laboriose defensatis Studiosorum et aliorum non magnum vidimus fructum usq adhuc ideo loco dubiorum in omni Dominica Adventus fiet examen ex Theologia Morali, quam Pr Regens dividet in quatuor Partes pro Quadruplici Dnca Adventus, et huic Examini omnes et singuli omnino adesse debent, præcipue juvenes et si Fratres Conversi in illis Conventibus reperiantur et illi adesse debent ut de Rudimentis Fidei examinentur.

10 Hæc dum Ordinata ac statuta in Capitulo Nostro Intermedio pro Studijs Stabiliuntur pro fructu Religiosæ juventutis, volumus cæteros Religiosos in alijs Conventibus torpescere et otiosam vitam ducere, quapropter statuitur, ac serio Commendatur omnibus ac singulis Provinciæ Nostræ alumnis, ut dent operam Theologiæ Morali, eam sedulo ac diligenter legant, sicut Commendatum jam prius fuerat in Encyclicis Litteris anteriorum Provincialium, et Priores selecto commodiori tempore vicinioribus unus alterum Priore adeat et examini ambo faciant in Conventu cum manentibus Patribus ex Theologia Morali

hoc Ordine — A. R. P. Monachvensis examinabit Patres manentes cum
Prioribus localibus in Conventibus Vinniciensi Tyuroviensi Tulczynen
si — A. R. P. Prior Vinniciensis similiter in Conventu Monachvensi Laty
czoviensi et Barensi — A. R. P. Prior Latyczoviensis in Contu Constanti
noviensi, Kulczynensi et Lachovecensi — A. R. P. Prior Camenecensis
in Contu Camenecensi cum Professoribus cum Prioribus localibus in
Contu Soleukiensi Solobkovecensi Szarawcensi et Smotriensi — A.
R. P. Prior Lachovecensis in Contu Kosinensi Targoviensi et Iato
viensi — A. R. P. Prior Luceoriensis cum Professoribus in suo Contu
cum Prioribus localibus in Contu Vlodimiriensi Kosser Camenecensi
Niewirkoviensi — A. R. P. Prior Pinscensis cum Professoribus in suo
Contu cum Prioribus localibus. In Contu Klecensi Rakovecensi Stol
pcensi Zastaviensi et Szostoviensi — A. R. P. Prior Minscensis in Contu
Minscensi cum Professoribus Chotajoviensi et Ziembinensi cum Pri
oribus localibus — A. R. P. Prior Lubarensis in suo Contu ac etiam in Contu
Chodorkoviensi et Ovruciensi et in scriptis suum judicium de unoquoque Pre
ante Festum Paschatis Eximio Pri Provinciali exhibeant, quod iterum
iterum faciendum Patribus Prioribus supra nominatis inculcatur.
simul qui manentes Fres conversos de Rudimentis fidei interrogabunt
Denunciamus etiam circa educationem Juventutis nostrae in Novitia
tu statuisse Ordinationes sequentes

Novitiatus purus
Punctum primum

De loco Noviciatus et Ejus commoditatibus.

Cum commoditas loci pro Educandis Novitiis plurimum conferat ad re=
ctam et perfectam eorum in omnibus instructionem, ideo inhaerendo Con
stitutionibus feliciae Recordationis Sixti Papae V dein Clementis VIII,
De districta Novitiorum Domo deq separata eorum educatione in Capi
tulo Rno Ao 1589 ab Ordine. Nro acceptatis nihil quidpiam novi statui
mus sed ad tenorem Const: nrar Dist: 1a Cap: XIV textu VII sub lite
ra L. Novitiatum nostrum Ctlem Tyuroviensem et ubicunq per Capi
tula instituti sunt Novitiatus sic reformari volumus.
1o Locus pro Noviciatu destinatus propria clausura munitus antiquo
more erit in posterum segregatus a loco Professorum, ita ut nulli etiam
recens professo aditus unquam pateat nec hanc clausuram licebit
alieno ingredi praeterquam in Casibus in Contt. expressis et de licentia
Mgri quae tamen nec facile nec saepi concedatur,
2o Cellae Novitiatus erunt conformes statui Religioso non concedantur su
pra mensas cooperatoria seu tapites nec aliqua in illis fiant singularitas sed
sint humiles nudis omnino parietibus. In iisq nihil asservetur praeter
quam libri Spirituales et supra mensam Imago Crucifixi, ut autem No
vitii possint facile videri a Magistro et Vice Mgro transeuntibus per Dor
mitorium, ideo fiant in omnibus januis fenestrae, per quas Superiores
attendant ad eorum occupationes.
3o Bibliotheca Novitiatus summe est necessaria pertinebit tantum
ad Magistrum providere de libris qui non sint alii quam Ascetici quique
non minuere aut dissipare sed inflammare spiritum valeant.
4o Una Camera amplioris situs segregata a Cellis inhabitatis in Dormitorio
erigatur in Infirmarium juxta Decreta Clementis VIII de Reforma
tione Regularium ad quam Cellam minuti debiles et quomodocunq aegro
ti statim ac innotescat Pri Mgro de eorum Infirmitate transferantur
ibiq secundum Regulam nostram sic tractentur prout eius Opus
erit, ut citius recreetur, Nec permittantur aegroti permanere in

Cameris

simulam bene valentibus, ne eorum occupationes impediant. Utvero non destitua- 85
tum ope, P. Mgr et Socius ejus ipsos frequenter visitabunt, de medico et necessarijs
procurabunt. Novitiisq binos vel quod sufficere possunt pro servitio ipsorum de-
putabunt quibus et alios substituent ut servitio charitatis prodimi in quocunq
corum an sit. probetur illiq ad servitia etiam vitea proxtimis impenderi
da alliciantur destinatis pro servitio infirmorum explicabit P. Mgr ea quæ
sunt in Constitutionibus præscripta pro servitore infirmorum, Libro de
Instructione officialium

5to Ne autem per conventum discurrant procurantes sibi de vestibus et alijs
necessarijs P. Mgr omnia procurabit illis juxta necessitatem.
6to Hortus pro Novitiatu conservabitur etiam separatus.
7mo In mune Constituatur forma pro commoditate hyemali in hoc enim
loco Collationes spirituales, exercitatio in cantu, ritibus cæremonijs Eccles-
asticis, colloquia peragentur.

Punctum Secundum

De R. P. Magistro, Ejusq Socio.

Quoniam Magistri nomine venit juxta Const. Ord: fri Dictt: Xa
Cap: XIV test. I. Diligens Novitiorum de ordine instructor vigilans eorum
in Ecclesia et ubicunq sunt excitator, et si in quo negligentes fuerint prudens
corrector, omniumq virtutum in illis plantator, ideo ipsum continuo in Novitia-
tu debere manere, nec unquam nisi gravissima de causa a consortio Novitiorum
tempus se subtrahere posse ordinamus et instituimus = Ne vero alijs officijs
sit in conventu occupatus aut adquæcunq negotia externa, quæ Novitiorum
curam possunt impedire applicetur inhæ Constitutioni Fel: recordi Clementis
VIII supra hoc emanatæ serio inhibemus ac interdicimus.
Quæ autem servari debent circa Institutionem Magistri quibus ille dotibus
debet esse præditus, quæq illius officium spectant ea omnia lucubentissi-
me in Constitutionibus Nris Cap: XIV Dict. 1a titulo De Novitijs et eorum
Instructione et Libro de Instructione officialium Ord. Præd. titulo de officio
Mgri Novitiorum descripta, ut in Provincia Nostra, siqua sunt oblita innoventur
instaurentur, ac strictissime observentur volumus, supra quo oneramus Conscien-
tias, tam Patrum Magistrorum, quam Vic-Magistrorum pro tempore existenti-
um in diem judicij Domini, ut memores vocationis suæ, et ministerij quod tra-
ditur ipsis diligenter ea omnia legant, sedulo addiscant, utq ac, ~~et~~ et a credi-
ta suo Regimini juventute adamussim exequantur, vehementissime curent.
Neq enim præsentibus non aliquid super addimus nec in audito aliquo, leve
onus Xti ipsius aggravamus, sed tantummodo subjugo Xti suavi invitamus
eos parare Domino plebem perfectam, eaq alios addiscere, quæ ipsi servanda
jurata fide Domino promiserint
Solius R. P. Magistri erit sacerdos gravis, maturus, religiosus, earundem
quæ præscribuntur pro Magistro in Constitutionibus Dict. 1a Cap: XIV sub littera
et in Declarationibus Quarum Constitutionum Capututerq illorum æque a Librum
Institutionum pro officio suo sæpissime manibus terant, et secundum eas, non
autem ad velle sui Novitios educare studeant. Per totum autem annum præ-
probationis conformiter ad Constitutiones Ord. Libro de Instructione titulo
de officio Magistri Novitiorum circa studium neglectis scientijs omnibus alijs
ad Divinas solum et pure spirituales illos applicent. — Cum autem de tenore
earundem Constitutionum studia linguarum in Noviciatu sint licita ideo pote-
rit P. Vicemagister tradere Grammaticam ut infra dicetur.
Socius seu Vice Magister similiter erit addictus Noviciatui in eoq continuo per-
manere eum P. Magister, si quem autem illorum contigerit justa de causa
amoveri a Novitiatu et per aliquod tempus nisi necessario abesse a R. P. Prior
in locum illorum

substituet alios grandaevos et Religiosos viros ut Novitiatus non sit sine cu
stodibus.
Pro recreandis Novitiis ibunt extra Cntum alternatim Pr Mgr cum Socio
suo, vel quomodo ipsis placebit nunquam tamen Novitios mittent neutro
absente.
Pr Magister penes se asservabit clavim a clausura, quam distinctam ha
bebit Pr Vic Magister alia autem manebit apud Calendarium, refe
renda post Silentium ad Prem Magistrum.
Post Silentium pulsantem in Noviliatu PP. Magistro et Vic Magistro
Sub nullo protestu licebit manere extra Noviciatum.

Punctum Tertium

De Recipiendis

Circa recipiendos ad Ordinem ea omnia stricte observare volumus quae
in Cost: Ords ordinata sunt circa illos Distinct: 1o Cap: XIII Textu
1o et quidem.
Imo In Cntu Tyrnaviensi ubi Novitiatus viget P. Prior Supprior et Ma
gister Novitiorum assignantur pro Examinatoribus recipiendorum —
Similiter fiat in illis Cntbg ubi diligentia ARP. Provincialis aliquem reci
pere contigerit — In illis vero Conventibus ubi vigent Studia RPP. Pro
fessores examinabunt recipiendum.
2do Ejusmodi Examinatores recipiendum examinabunt urbane leniter
imprimis de Impedimentis in Constitutionibus expressis inquirendo
cavebunt summopere ne admittantur ad Ordinem inepti ad Litteras et
ij qui habent vitia, ac si naturalia ut sunt innata iracundia, protervia
et alia incorrigibilia, Ad illos pertinebit inquirere causas utrum voluerint
eligere vitae statum Religiosum, nonne suasu aut impulsu alicujus? an
metu? aut desperatione ducti ettc: Antequam ad examen accedent, toties quo
ties examinabunt perlegent. Constitutionem de Recipiendis, vel maxi
me declarationem Capituli Bononiensis 1515 sub litera b supra textum
diligenter examinent Illamq Constitutionem in examinando pro oculis
habeant, et ab illa non recedant.
3tio Fiat in Noviciatu Liber sive Protocollum apud P. Magistrum asser
vandum in quo Datatim ~~—~~ scribatur per Examinatores. cujusvis Aspiran
tis Examen, et ad omnia interrogata praesertim de impedimentis re
sponsio de deliberata ejus electione status Regularis voluntas ettc: Ingros
setur etiam de quovis judicium Examinatorum circa scientiam capacitatem
ad inquirendam scientiam ettc: Quod examen semper examinatus subscri
bent manibus suis.
4to Judicium de admittendo vel reiciendo ab Ordine Aspirante non aliter
ferant PP. Examinatores nisi Deum et amorem Ordinis prae oculis habentes
per vota secreta quod observabunt in examine ante Professionem sic enim
a nobis fieri mandat Leo X Pontifex Maximus et sic ordinatum ~~et~~ est Sal
mant: anno 1551 ut omnia ea non aliter fiant quam per vota secreta quae
vel circa personas, vel circa negotia in Ordine sunt concludenda hoc enim
modo providetur aliorum conscientiae, aliorum autem tranquillitati
et paci.
5to Cum de tenore Constitutionum teneantur Examinatores fideliter refer
re Conventui sive Capitulo ea quae in examine recipiendarum invenerint.
ideo statuimus ut post examen admittendus non aliter recipiatur nisi
illius examen ex Protocollo tempore Capituli coram Cntu perlegatur inde
enim caeteri Patres et Fratres, non de consvetudine ut moris erat nihil
scientes de conspirante sed de scientia ex Examine acquisita de ejus nativi
tate et situ, de dotibus et scientia vota sua dabunt.
6to Examinatores si quem suo judicio per vota secreta reiecerint ab admis
sione

illum Conventui non repraesentaburit rejiciendum, sed ipso dimisso examen ejus inscribent Prothocollo dicto cum subscriptionibus suis et judicio cum causis non admissionis

Punctum Quartum

De Receptis.

Quodquod Ordo noster protulit devotos asceticos Zelosos Praedicatores Sapientissimos Doctores, tot palmites bonae educationis emisit ex quibus multiformes lij praestantissimi in orbem terrarum pullularint fructus: ut ergo ij Successores quovis consimili modo id curare debemus ut Novelli in Ordine Surculi bene plantati sedulo irrigari in fructuosos Ecclesiae Patriae et Ordini excrescant arbores; at cum excrescere nequeant nisi radices perfectionis Christianae miserint ideo curabit Pr magister cui hi Surculi plantandi committentur sic eos in perfectionis christianae radicibus instruere ut haec ex ejs nulla vi evelli valeant. — Quare.

1º R.P. magister a Novitio recepto praeprimis diligenter inquirat, Novitne perfecti omnia Rudimenta fidei Christianae quod est basis et fundamentum, imo causa perfectionis, scitne aliquid de Evangelica perfectione? audivitne de Consilijs Evangelicis? et similia in Rudimentis fidei, si aliquem debilem deprehenderit, tradet Patri socio suo instruendum secundum Ordinationem inferiorem De perfectione vero Evangelica, de Consilijs ille ipse informabit in Collationibus de quibus infra —

2º Prima cura R.P. Mgri erit cognoscere cujusvis Novitij temperamentum, dotes animi velocitatem ejusdem a natura, inclinationes ad aliqua, quibus quisque eorum virtutibus acquisitis ornetur, quibus defectibus ex defectu educationis subjacet quae ut facilius cognoscere queant, tam P. Mgstr quam Vicemgr diligenter attendant ad incessum statum habitum, et ad omnes motus Novitiorum, saepe probent eorum spiritum, ad quas virtutes vel defectus et proclivis, de ijs omnibus mutuo secum conferant remedia contra vitia incitamenta pro virtutibus administraturi.

3º Cognitis eorum dotibus et defectibus animi totum se conferat ad agendas in eis virtutes et pravos exstirpandos defectus ad haec autem spiritualia adhibebit remedia unicuique subministranda pro ut cuique opus erit ut eum viderit arrogantem, eum humiliet omni meliori modo iracundum ad mansuetudinem loquacem ad silentium inducat, segnem ad laborem etiam graviorem excitet, ad avaritiam proclivem paupertatem edoceat, omnibus autem humilitatem suadat, abnegationem sui et mundi contemptum ex doctrina Christi inculcet Castitatem summe commendet ad patientiam invitet ad obedientiam hortetur. In omnibus autem se ipsum cum Socio exhibeat illis sicut Dei ministrum in mortificatione modestia caeterisque virtutibus bono exemplo ipsius praeeundo.

4º Libros alios Pr Mgr Novitijs legendos nec quidem in Cameris retinendos concedat nisi qui vel spiritum ad Divina inflammare, vel eosdem circa vitam Religiosam informare valeant. et sunt, liber Evangeliorum, Epistolae S. Pauli Meditationes D. Bernardi Soliloquia S. Augustini et Ejusdem Confessionum liber, opera Ludovici Granatensis Rodericij de Perfectione, Thomae a Kempis et alij Ascetici, alij autem in quacunque materia sint a Novitijs removeantur.

5º Curabit Pr Mgr ut nullius Novitij culpa, quae cunque illa sit etiam levissima silentio praetereatur, sed statim emendanda corrigetur, si non injuncta pro qualitate poena saltem paterna monitione superaddictis admonitionibus reflexionibus de vitanda transgressione minimorum quia qui pura sperrnit paulatim decidet Quem autem illorum invenerit saepe peccantem in ijs quae ipsi innata videbuntur, aut ex contracto vitioso habitu, acquisita hunc ex Regulis Evangelicis 1º monebit 2º severius increpabit, tandem imposita poenitentia corripiet, et si spem nullam emendationis viderit, et periculum magnae ruinae spiritualis inde speretur, multoties iteratis correctionibus, se per consilium Patrum maturae discussa et per vota secreta probata dimittat eum a Religione ad saeculum —

bto nullomodo sinet V^r Mgr adhiberi Novitios ad dicendas conciones Exhortationes in Ecclesia, Capellis &c. nisi in Refectorio nec utandum a Promotoribus pro recitando cum populo in Ecclesia Rosario, Sed unice Studeant, in humilitate, virtutibus comparandis ad hæc et alia religiosa munia, suo tempore obeunda — Ne autem illi qui iam sciunt Sermonem compo nere obliviscantur, Ceteri vero ut ad Stylum assuescant debebunt legere, ele gantiores Concionatores ut sunt Skarga ettc. et primi poterunt ad imita tionem privatim componere Sensus.

7mo Diligenter attendet uterq tam V^r Mgr quam Socius suus ne Novi tij alijs exercitijs occupentur per annum probationis, quam pure Spi ritualibus et asceticis, ideoq privatim in Cameris traducent ex Idiomate Latino in Polonicum Epistolas D. Pauli, Sententias ascetarum et SS. Pa trum de vita Monastica, quas ipsis Vice Mgr suppeditabit, explicabunt itidem polonice et e contra versus de Libro Proverbiorum Sapientiæ ettc ut pote plenos doctrina morali et Spirituali. Si quis autem explicare e latino in polonicum prorsus nescierit, huic libri polonici in eadem materia dentur qui eos legere et transcribere Sententias ad minimum tenebitur V^i Vice Mgro presentandas has scripturas.

8vo Habebit Tabulam juxta Schemma annexum in qua annotabit quolibet mense finito, habita mutua cum Socio suo Collatione cujusqe Novitij tempe ramentum, progressum vel regressum in Spiritu alacritatem ad munia Reli giosa, capacitatem ad studendum ingenium memoriam, characterem ettc. aptitudinem ad quæ ettc.

9o Hanc Tabellam judiciorum ante cujusvis Professionem Solito pro Examine tempore V^r Mgr cum tribus Examinatoribus a Contu ut supra electis et Socio suo diligenter perscrutabitur omnium mensium progressum et regressum conferent ad ingenium aptitudinem saltem ad aliqua, et vel maxime habilita tem ad quæcunq in Ordine ettc. ostenderit, mutuis Colloquijs de his omnibus fusius tractabunt ac tandem deposito omni privato interesse per vota Se creta supra admissione ad Professionem vel rejectione judicium profe rent. Cavebunt ante omnia ne juvenes cum spe applicationis, et futuri fructus dimittant ad Sæculum et ne nimis scrupulosi circa parvos defectus si judicio Mgri facile emendabiles existimabuntur.

10o Monemus deniq V^m Mgrm ac Vice Mgrm et amore ordinis hortamur in Domino ut diligentissime probent Novitiorum Spiritus, si ex Deo sint, nec sint faci les ad eos retinendos qui voluerint ~~retineri~~ dimitti nec difficiles ad eos dimittendos quos judicia judicaverint Religioni non fore proficuos. — In ceteris vero quæ pertinent ad officium ipsorum, circa ingressum Novitiorum, Professionem repulsam scholam, Capitulum necessitates Compositiones membrorum Vestes Idum, chorum, Refectorium, Oratorium, Servitia, Reverentiam Orationes Studiumq meditationes et alia Exercitia remittimus ad Librum Instructionum Titulo De officio Mgri Novitiorum

Punctum Quintum.

De dispositione temporis in Novitiatu

A Festo S. Crucis scilicet 14 7bris ad Festum SSæ Trinitatis hora 3. Sur gent Frs Novitij ac recitatis solitis precibus matutinis privatim dato signo pro tempore recitabunt in Cantu vel verbis ad arbitrium Prioris Ho ras Canonicas, Nocturnum vel officium de more, quod cum Meditatio nibus choralibus et officio Beatæ ante Sextam finiri solet. Post offi cium Beatæ vel si illud dicetur in choro regressi ad Novitiatum purga bunt cameras lavabunt se et induent, deinde data a Calendario signo per pulsum Campanulæ congregati ad Museum vel unam Cameram usq ad 7m legent librum Spiritualem designatum a Pre Mgro rationem ejusdem fructu inde sumpto tempore hujus lectionis Servitor pro tempore Designatus curabit parare jentaculum quo hora 7a sumpto

a Novitijs a 7ma ad 8m Occupabunt se in Cameris lectione Scriptione Rubricarum formulariorum exercitiorum versionum ut puncto 2do vel vice Mgr visitabunt Cameras indagantes quid aliquo pium agatur Mgr autem ab 8va ad mediam decimam Feria 2da 4ta et 6ta Pr vice Mgr explicabit rubricam Breviarij sive precum et alternatim exponet Cathechismum Romanum in quo si quis sit debilis addiscat de memoria, in fine hora recipiet a Novitijs exercitia domestica in sua Camera discutienda — Feria vero 3a et Sabbatho ab 8va ad 9nam Pr Mgr habebit cum Novitijs lectionem Spiritualem in qua indagabit de fructu ex lectionibus Spiritualibus sumpto, explicabit breviter suggeret reflexiones illis descriptas ex lectionibus contra imperfectiones in quas saepius labuntur, neminem tamen illorum Publice provocando sed ingerere memorando Sub eodem actu explicabit saltem aliquod punctum de Constitutionibus Ords, aliquando et integrum Caput ut sciant ad quae obligantur, vel maxime docebit eos de officio Ecclesiae de Jejunijs suffragijs mortuorum & de ceteris austeritatibus Ords 9o loco lectionis aliquid explicabit de Constitutionibus reliquum temporis impendet Colloquijs de lectione Spirituali. Post quam praeparabuntur ad Chorum legent, studebunt etc. 10o ibunt ad Ecclesiam pro horis et Missa Conventuali decantanda — ab 11 ad 12. Prandium.

Post Prandium ad 1mam vel in locutorio Colloquijs aut ludo religioso recreabuntur vel etc. in horto deambulabunt honeste et modeste conversantes — a 1o ad 2m post meridiem Occupabunt se in Cameris, Scriptione Lectione studio memoriae vel alias, Pr autem Mgr vel Vice Mgr visitabunt eos ad occupationes circa quas sunt attendentes. a 2a ad 3m Conferentias habebit Pr Vice Mgr de formularibus Novitiorum cum Explicationibus admonitionibus, si aliquem illorum contra haec peccasse deprahenderit — Instruet itidem in Caeremonijs Ecclesiasticis et ritibus circa misteria altaris etc: et haec lectio habebitur tantum Feria 2da 4ta 6ta et Sabbatho

Hora 3tia dicent vesperas de Beata et praeparabuntur ad chorum Predia ad 4tam ibunt ad Ecclesiam pro decantandis vesperis et peragendis in Choro meditationibus. Post vesperas ad Coenam hora studij vel si cui placet manualis occupatio — a 6ta ad 7mm Coena Rosarium Salutationes. — a 7ma ad 8vam Dispositio relinquitur arbitrio Pri Mgri Hora 8va in hyeme Examen Conscientiae Dormitio.

A Festo SSmae Trinitatis ad 14 7bris recitatis Matutinis in Crastinum post Completorium Dormitio potest differri ad Nonam vel ad mediam decimam adeoq post Coenam possunt occupari in horto vel in aliquo alio opere ad nutum P. Mgri Quolibet die Dominico post prandium itidem festivis diebus Feria 3tia post Prandium vel impedito hoc tempore post vesperas. Feria 6ta mane ante Missam Cantatam exercitabuntur Novitij in Cantu Ecclesiastico, his enim diebus et temporibus a praescriptis alijs lectionibus occupationibus vacabunt

Quolibet Sabbatho non obstante die Festo /: nisi solius Nativitatis Dni Nri Jesu Xsti :/ Pr Magister habebit Allocutionem Spiritualem post vesperas de Perfectione Xstiana et Religiosa, de votis essentialibus Ords deq eorum observantia, deq alijs quae viderit magis expedire. Quolibet vero Sabbatho de Quindena in Quindenam incidente tenebit Capitulum Culpar sub eodem tempore in quo Novitij culpas suas recitabunt indispensabiliter ob humilitatem Spiritus et majorem horrorem eorum injunget ipsis paenitentiam leviter tamen et discrete quia potius recitabunt ob humiliandos et mortificandos animos, quam ad puniendos corpora quae affligere ob correctionem si videbitur poterit id facere Paterne.

Tempore vero aestivo pro arbitrio sui Pr Mgr poterit in pomeridianis occupationibus et lectionibus aliquando non tamen semper dispensare Novitijs loco earum injungere ut se occupent in horto aliquo utili labore circa arbores arbustos et alia ad virgultum pertinentia plantanda inserenda riganda etc: ut autem horum necessarium in futurum pro

educandis

alijs, notitiam acquirant providebit ipsis de libris hac in materia P. D. Klak quos ad locum ipsius explicari curet.
P. Vice Mgr exercitatus bene in Rubricis et Ecclesiasticis debet tradere Praecepta Grammatices ac faciet Novitios assuefieri ad latinitatem per versiones, colloquia quamvis imperfecta quia nunquam male nunquam bene.
Consolationes in Novitiatu cujuscunque tituli in mulso aut cerevisia Crastiori non dentur ad cameras Novitiorum cerevisia non dabitur sed asservabitur in camera Mgri vel vice Mgri ad quos si quis voluerit, veniet, et bibet hora assignata.

Grammatica

Post exactum Tyrocinium sive annum Probationis in puro Novitiatu et exercitatum Spiritum Novitij qui callent Grammaticam secundum nostras Constitutiones admittantur ad Professionem et mittantur ad Contum ubi Rhetoricae studium vigebit, Illi vero qui nesciunt loqui latine et Grammaticam secundum easdem Constitutiones retinebuntur in Novitiatu nec profitebuntur Ordinem donec addiscant loqui ettc. latine, Et hos docebit P. Vice Mgr qui lectiones tradet in distincta Cella docebit autem sic Post lectionem Spiritualem hora 7ma et ientaculum erit pro illis hora studij ad 8vam in qua addiscent, Lectiones scribent ettc.

1o Ab 8va ad 10am tradet Praecepta Grammatices et Alvaro vel Grammatica adhibitis in studium Epistolis Ciceronis Plinij in fine libri cui titulus Wypisy na Klasse III szkot narod. Horis pomeridianis post brevem recreationem per semihoram praeparabuntur ad lectiones vel Confessiones. — A meridie 2da ad 3m usque explicabit Grammaticam pro Classe III designatam cum adnotationibus itidem pro Classe III.
2do Iisdem horis explicabit Tabulas pro Classe III designatas et si aliquid tempus supererit demonstrabit principia Arithmeticae ad divisionem simplicem inclusive.
3tio Qualibet Feria 4ta post Vesperas ad Coenam et Sabatho ante Vesperas, ne collatio Spiritualis Pris Magri impediatur fiat a Discipulis repetitio lectionum hoc modo In praesentia Professoris vocatione incipienda unus ex eis explicabit lectiones anteriores sui Condiscipulis, tam de Regulis quam de Generibus. Finita vero ejus explicatione (quam nullus impediat) Professor errores et defectus omnes distinctim emendabit, non arguet tamen nec dure increpabit de mala explicatione nisi negligentem si nunquam enim male nunquam erit bene. Hoc modo diligentior applicatio ad explicandum suo tempore aptiores reddet.
4to Pro exercitijs Domesticis et Scholasticis assignabit eis versiones ex Historijs assyriorum, Graecorum, Romanorum Et libris Senecae et aliorum proratum quas ad mundum cum formatione Characteris scribent Lectiones ettc.
5to Curabit P. Professor ne tam Rhetoricis explicationibus Regularum Grammaticalium opprimat ingenium et memoriam Juvenum quam practicis experimentis, faciat eos assuefieri ad latinitatem per versiones e latino in polonicum et e contra per colloquia quotidiana et continua latine inter illos habita, quamvis ea sint a principio soloecistica ettc. erunt bona in posterum si sedulo corrigantur.
6to Juvabit multum si tam Novitij puri, quam Grammatici, studebunt Phrasibus et vocabulis Pomey.
7mo Quinquies in anno fiat experimentum a Grammaticis ad quod invitandus est A. R. P. Prior cum gravioribus Patribus, qui visis eorum exercitijs ad mundum scriptis probatis per Quaestiones cujusque in scientia progressu auditis versionibus diligentes laudabunt et vituperabunt segnes. Et pro diligentibus P. Prior procurabit

procurabit de praemio in Libris utilibus conferendo.
8vo Quolibet mense Professor annotabit judicia de ingenio scientia alacritate ad litteras, memoria, juxta Schemma ut de receptis dictum No 8vo
9no In decursu anni scholastici erit examen de Grammaticis ad quod invitabuntur P. Magr cum Socio tres examinatores pro Novitijs et 1o scrutabuntur judicia P. Magistri de moribus 2do Judicia de scientia Professoris examinabuntur per vota secreta quo ad mores et scientiam probati Ordinem profitebuntur, Statimque ad Cursum alium pro Rhetorica transportabuntur.
10mo Si quis autem e Novitijs Grammaticis ita brevi in Grammaticalibus progressus fuerit ut ultra sciret ad finem anni in Novitiatu frustra sit ipsum retinere talis etiam quovis anni tempore examinetur, (si Ordinem profitetur) et ad Rhetoricam alijs scientijs imbuendus transmittatur.
11o Quaecunque horae distinctim non sunt assignatae pro Grammaticis, studio illis debent Grammatici occupari occupationibus Novitiorum primi Anni.

Rhetorica

In cursu in quo Rhetorica tradetur pro Clericis studentibus fiant Camerae segregatae a Cameris Sacerdotum et Conversorum Penes illorum collocabitur Pr Professor qui poterit esse in simul et Magr in spiritualibus — In hoc cursu Professorum Novitiatu nihil remittetur de vigore praeconcepto in Novitiatu puro imo Curabit Pr Professor ut fratres ibi manentes non solum doctiores evadant, sed et quotidie in perfectiores Religiosos excrescant — Dispositio temporis Ordinatio autem circa Collationes Spirituales Sabathinas, Lectiones spirituales quotidianas Chorum, Meditationes, horas Occupationum Domesticarum sive studij eadem inserviet et observabitur quae praescripta est pro Novitijs in Puncto 5o Duntaxat modo Secundum eundem Ordinem immutatur materia Lectionum — Igitur
a 1ma ad 2dam erit hora studij de mane scriptionis in qua parabunt se pro lectionibus. — Post Meridiem semi hora assignatur pro recreatione Dein hora studij. Quod vero occupationes attinet 1o facient partim latine partim Polonice exordientur a Periodis progredientur ad Amplificationes sententiarum ac tandem Orationes Latinas component in forma juxta Regulas Eloquentia easque ad mundum scribent in experimento et in visitatione A. R. P. Provinciali praesentandas.
2do ut ad elegantiorem stylum assvescant legent saepe et imitari curabunt in Latinis Ciceronem Antonium Murettum et alios vel maxime legent aureum opus Doctissimi Ords Nri alumni Ludovici Granatensis cujus et praestantissimam Rhetoricam Pr Professor curabit explicare — In Polonicis his temporibus Celeberrimos legent et imitabuntur verbi Dei praecones aeque et antiquos Praedicatores summe commendabiles uti P. Skarga Pr Birkowski Ords Praedr modernos vero egregios Concionatores Glaczynski Karpowicz et alios.
3tio Antequam autem sciant ipsi componere ad imitationem Conciones (de quo Pr Professor distinctam doctrinam tradet) assignabit eos Conciones dicendas in refectorio ex supra nominatorum Concionatorum operibus excerptas quas de verbo ad verbum addiscent et perorabunt.
4to Docebit P. Professor in hac humanitatis schola omnem modestiam et humanitatem in Conversatione cum Saecularibus servandam et ut vel maxime a levitate mentis abhorreant ut curent esse sobrij casti prudentes etc. ante omnia vero bonorum operum sectatores et proximos aedificantes.
5to Ea quaecunque memoriter addiscent de Authoribus semper perorabunt item contiones dicendas in Refectorio coram se Professor perorari faciet eosque in gestibus instruet.
6to Fratres Rhetores ut latine ad mentem Constitutionum Nostrarum loquantur Pr Professor invigilabit.
7mo Tabulam judiciorum habebit mutatis mutandis talem qualis praescribitur pro Magro Novitiatus et Professore Grammatices in eaque judicia de moribus scientia discipulorum annotabit.

Pro Experimenta faciet P. Professor fieri saltem quatuor vicibus de anno.
gno Providendi ad Philosophiam et Rhetorica in examine annuo per Exa
minatores et Professorem discusso prius diligentissime judicio de moribus
scientia etc per vota secreta probentur tandem A.R.P. Provinciali assignan
di pro Philosophia praesententur per testimonia. Poterunt promoveri
facile illi qui quamvis mediocriter progressi in Rhetoricis apparebunt
spem tamen futurae applicationis et optimi progressus declarabunt
De Suffragio Animarum Fratrum, Patres ad Interme
dium Capituli congregati succurrendo animabus defunctorum
Patrum ac Fratrum voluerunt ut post mortem unanimiter pro
omnibus non attendendo filiationes singuli PP. absolvent
tres Missas.
Nolumus vos onerare mandatis sed revocamus ad memoriam Litte
ras Praedecessorum nostrorum et etiam nostras sub die 19 9bris
1794 A.o Circa Divinum officium tam Nocturnorum quam diurnum
et cum consueta pausa devoti persolvantur cum Meditationibus et
officio B.V. Mariae indispensabiliter.
A sequela chori nullus praetextu Praelaturae ac Lectoriae praeterita
Praedicaturae Generalis sive alterius cujuslibet officij sive titulo Pa
ternitatis exemptus est Venetijs 1592 et nullis alijs in locis
statutum est per Capitula Generalia Exceptis Mgb Lectoribus et
Praedicatoribus actualibus tamen ad Completorium ad Salve Regina
ad officium Defunctorum ad Processiones quae pro defunctis singulis
septimanis ad locum sepulturae Fratrum fieri solent tum ad omnes
Processiones etiam actu Legentes et praedicantes nemine excepto inter
sint.
Circa infirmos monet Ordinatio 2da Salmanticae 1551 omnibus Presiden
tibus Conventuum praecipimus ut intenti sint curae infirmorum et Nea
poli 1551 omissis omnibus serviatur infirmis decumbentibus et provi
deatur de communibus bonis Conventus etiam cum impignoratione
bonorum Conventus quando aliter fieri nequeat necessaria infirmis sub
ministranda, Et Capitulum Romanum 1525 Ord. 5a Priores vero aliqui
superiores uti et ipsimet Syndicus qui hac in re negligentes reperti
fuerint in poenam a suis officijs absolvantur neq possint Provinciales
quoquomodo talibus parcere aut poenam constitutam relaxare.
Ut in Missis uniformitas et devotio Caeremoniarum ab omnibus obser
vetur serio injungimus legant Rubricas Missalis tam pro Celebratio
exacti Missae, quam pro assistentia Celebrantis ne detur occasio scan
dalizandi populi dum alius sic alius aliter ministeria sua implet.
Statuimus et injungimus ut quolibet trimestri ubi viget Studium
Ordinationes de studio ubi Novitiatus est Ordinationes de Noviciatu
et Novitijs legantur.
Tandem injungimus omnibus superioribus ut in suis Conventibus
scholam pro erudiendis Puerulis in Rudimentis fidei legendo scri
bendo numerando etiam in ligua Ruthena instituant pariterq
volumus ut pro possibilitate aliquos pauperculos nobiles recipiant
alant legant erudiant postulat hoc ex nobis charitas qua ipsi
met ex dilectione Fundatorum alimur aliena ut ajunt pecunia man
ducando postulat justitia ut alijs pauperibus partem dotis nostrae
frangamus postulat decor qui hoc modo supremo Regimini Nos Com
mendabit postulat utilitas quia pueruli sic pietate imbuti devotione
instructi in tempore poterunt habitu recepto Ordinem et Provinciam
fovere quae denique sic Nobis et per Nos vobis mandamus sua dispo
sitione Illmi Excellmi Episcopi.
Insuper hortamur vos omnes Patres ac Fratres Dilectissimi ad
observantiam horum omnium quae superioribus et modernis
literis

nostris Encyclicis pro munere officij nostri Commendamus cui et facilius satis facere, valeatis, Pax et Benedictio Dei copiosa descendat super vos et maneat semper.

Commendamus etiam vobis animas Dilectissimorum Fratrum Nostrorum qui a Provinciali Capitulo in Conventu Latyczoviensi Celebrat. ad praesens intermedium Capitulum Celebratum in Conventu Morafensi pie in Domino obierunt ut a vobis piis possint orationibus ac suspirijs adjuvari.

In Conventu Tyroviensi obijt Rel: Fr Martinus Gosilniewicz Conversus Professus Fil: C. Ri

In Cordone Caesareo obijt R.P. S.T. Lr Florianus Gołębski Fil: Conventus Camenecensis

In Cordone Caesareo obijt R.P. Fr Andreas Gaydosz Fil: Conventus Zołkieviensis.

In Conventu Prisiensi obijt E.A.R.P. S.T. Mgr Vincentius Janowski Fil: Conventus Leopoliensis

In Conventu Rosariano obijt E.A.R.P. S.T. Mgr Dominicus Gierzod Fil: Conventus Ejusd.

In Eodem Conventu obijt R.P. S.T. Lr Gundysalvus Kotz Fil: Conventus Rosariensis

In Conventu Novogrodensi obijt A.R.P. S.T. Praesentatus Fr Hyacinthus Sterwoszewski Fil: Conventus Ejusdem

In Conventu Byszoviensi obijt R.P. Lr Vincentius Kondracki Fil: Conventus Rosariani

In Conventu Missionis Lubarensi obijt R.P. S.T. Lr Eustachius Keeli Fil: Conventus Rosariani

In Cordone Caesareo obijt E.A.R.P. S.T. Mgr Fr Prosper Lentz Fil: Conventus Rosariensis

In Conventu Tyroviensi obijt Rel. Fr. Dominicus Białobrzyski Conversus Professus Fil: Conventus Camenecensis

In Conventu Constantinoviensi obijt R.P. Fr. Jordanus Gatuszkiewicz Fil: Conventus Leopoliensis

In Conventu Czarnobyliensi obijt R.P. Fr Benedictus Stajowski Fil: Conventus Leopolien.

In Conventu Novogrodensi obijt R.P. Fr Bonaventura Ostrowski Fil: Conventus Ejusd.

In Conventu Prisiensi obijt Rel: Fr Dominicus Zaborski Clericus Professus Fil: Conventus Lubaren.

In Conventu Novogrodensi obijt R.P. S.T. Lr Antoninus Ruczczykowski Fil: Conventus Rosariani

In Conventu eod. R.P. S.T. Lr Fr Reginaldus Biegalski Fil: Conventus Leopoliensis

In Conventu Sanctimonialium Novogrodensi obijt Soror Stephana Bouszewna et Soror Columba Chemicka.

In Conventu Missionis Lubarensi obijt R.P. Joachimus Jabłonski F.C. Novogr.

In Conventu Czarniensi obijt R.P. Remigius Staciński Praedr Gnlis F.C. Novogr.

In Conventu Podkamenecensi obijt R.P. Gregorius Ziemkowski F.C. Rosariani.

In Conventu Nieświeżoviensi obijt E.A.R.P. S.T. Mgr. Samuel Korzeniowski F.C. Luceoriensis

In Cordone Caesareo obijt A.R.P. S.T. Praesentatus Symon Nyek F.C. Leopol.

In Cordone Caesareo obijt A.R.P. Praedr Gnlis Fr Nicolaus Kozłowski Fil: Leopoliensis

In Cordone Caesareo obijt Relig: Fr Blasius Nowicki Conver: Profess. F.C. Leopolien.

In Alba Russia obijt A.R.P. S.T. Lr Praesentatus Fr Ceslaus Popracki F.C. majoris Leopoliensis

In Alba Russia obijt A.R.P. S.T. Lr Fr Augustinus Wiłkyński F.C. Novogr.

In Alba Russia obijt A.R.P. Fr Hieronimus Suracz Fil: Conventus Schkovensis.

Pro hijs omnibus debita quam citius suffragia persolvantur.

Praeterea autem hujus Nostrae Litterae Encyclicae cursum mandamus Omnibus Conventuum Superioribus quatenus praesentem Litteram Republicam suendam perlectam et Libro ad hoc designato ingrossatam cum adnotatione diei qua pervenit, remittatur non per captatam occasionem, sed per consultum Tabellarium juxta Currentiam de Conventu ad Conventum transmittant.

Ultimum omnibus vobis Prs ac Fribus in Domino Dilectissimis Nos cum Socio nostro Commendantes DEO et Paternam benedictionem peramanter impertimur. In Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen

Quibuscunq in Contrarium Sttc in quorum fidem etc. Datum in Conventu Nostro Lubarensi die 17 VS. Xbr. 1796. Anno

Reg: pag. 2ut

Conservus in Domino:
Fr Domicus Wyszyński
qui supra mpp



Fr Felicianus Mirski S.T. Praesentts. S.P.R.C. et Socius
mpp

Fr Dominicus Wyszynski Sæ Thæ Magister Superior ac Visitator Generalis super omnes Conventus in Præfecturis Volhyniensi Podoliensi Miscensi ette sitos Sacri Ordinis Fratrum Prædicatorum.

In DEI Filio sibi dilectis Adm Rndis Patribus Sæ Thæ Mgris Exprovincialibus Vicarijs Nationum, Prioribus Contratarum et Conventuum, Superioribus Domorum cunctisq Fratribus Salutem abundanterq Dei miserentis benedictionem.

Cum summo ac ingenti animi et Cordis nostri dolore percepimus quod permittente Deo hoc currenti Anno diebus Martij, Ecclesia Chodorkoviensi de ligno constructa de integro et totaliter, Conventus vero tecta conflagrata sint, exindeq Parecia gravis patiuntur non modicam incommoditatem, eo quod in carentia Ecclesiæ Missarum sacrificia peraguntur, in angusto multum loco Conventus vero brevi tempore, absq tectis maximum nocumentum sit perpessurus. Ex altero vero capite ob suam egestatem et paupertatem Conventus præfatus sit insufficiens ad resarcienda hæc damna, his cæterisq iustis condignis permoti causis, ut quomodo possit providere huic fatali casui consulere cupientes convocatis Patribus Prioribus viciniorum Conventuum ac Magistris stabilitum est ut quilibet Conventus Curæ Nostræ subjectus secundum suum posse et proportionem proventuum protam gravi ingenti his præsertim plenis Calamitatum temporibus necessitati succurrere non dedignetur, hanc subventionem possibilem è charitatis compassionis justitiæ publicæ et urgentis necessitatis motivo procedentis commendamus.

Potissimus est labor Noster quo præcipue attendimus ad omnia quæ genuinos Filios Ssmi Patris, verosq Sectatores probent et demonstrent. Porro eo exoptato fine Nobis visum est anteriores dirigere literas Nostras quæ ad reducendum stabiliendumq Religiosæ vitæ nitorem ac charitatem mutuam quæ est vinculum Religionis opportunam opem ac stimulos suggerent. Verum singulare assidue expectationis Nostræ studium minimo apparere successu sedulo exploravimus, adeo ut observantiæ Religiosæ candor, divini amoris fervor, ardens ad emolumentum salutis charitas passim flavescere videantur, quæ omnia in discrimen prosilere sane colligimus ex neglecta perseverandi in cultu Divino promptitudine, ac destituto conservandi Regularis disciplinæ et charitatis studio. Satagite igitur Patres ac Fratres in Dño Dilectissimi ut professionibus probitatis vestræ auspicijs certam vestram vocationem faciatis, quæ ab inquinamentis mundi hujus ad statum pietatis, ab occasione vitiorum ad exercitium virtutum deducti soli Deo attendere, illi servire, in Ejus laudibus dies noctesq consumere prout Sancta Professione devincti estis omnes adhibeatis vires. Optantes itaq tum Religionis observantiæ emolumentum, tum incrementum Boni publici in memoriam revocare non nulla summopere ad id conducentia esse duximus.

Cum ad tuendam integritatem Boni Communis Cujusq Conventus admodum Necessaria sit diligens attentio circa accurati Custodiendi Archiva, in quibus Scriptura Privilegiorum ac Instrumentorum Bonorum Omnium plene Reperiantur, quorum In sufficienti observatione ac proinde frequenti indigentia maximis detrimentis, præcipue autem paupertati subjici plurimi Conventus Nostri cogantur, atq in illis sedulo adinveniendis nullam fere vigilantiam ac Curam Superiores quorundam Conventuum suppeditare volunt. Quapropter tam enormis damni quemvis futurum eventum præcludere omnino Cupientes et indefesso servandi Boni publici studio in hoc summi momenti negotio præcipuam curam habere decrevimus. Ideo serio præcipimus ac mandamus Cunctis Conventuum Nostrorum Superioribus quatenus potissimas admoveant vires ac peculiarem suam adjiciant industriam circa exactam investigationem Authenticorum Exemplarium, quæ ad integritatem fundationum ac Bonorum, necnon Omnium Summarum cujuscunq Conventus pertinere singulariter censentur, eaq singula Documenta duplici Exemplari sint Conscripta quorum alterum in Archivo illius Conventus diligenter Custodiatur, alterum vero in futura visitatione nobis porrigat ut in Cancellaria Provinciæ, sive in Conventu a nobis designato pro Communi cæterorum Conventuum Archivo recondatur. Si vero aliquis Conventus multa habeat Documenta et Conscriptiones debet omnino adhibere præcipuam Curam ac Sollicitudinem ut saltim Summarium conscriptum habeat.

Potissimum recommendamus illis præsertim Conventuum Superioribus quibus incumbit munus Curæ animarum quatenus sedulo invigilent Plebes sibi commissas pro eorum Capacitate imbuere salutari doctrina, instruendo eas de omnibus medijs necessarijs quibus vitam æternam consequi valeant, Id circo induere Coherenter. Summopere utilem usum in proprijs Ecclesijs diebus præcipue Festivis pertractandi Cathechismos tum ut debitum suum officium salubriter adimpleant tum ut pro transgressione hac perniciosa evadere queant districtam ultionem quam ingerere prætendit Concil: Trid: Sess: 5 c 2.

Circa munditiem omnimodam in Ecclesia sint Sollicitivi ad quos de jure spectat, vel quibus Commissum est ut Curam habeant, nam in visitatione Nostra serio invigilabimus.

Inter alias officio nostro debitas sollicitudines præcipua Nobis interest ratio sedulo inquirendi de progressu in scientijs et studio Juventutem Religiosam ideo mandamus quibus interest ut de examine facto Studentum tam Theologorum quam Philosophorum post festum S. Bonaventuræ nobis Judicia transmittantur.

Commoditatem dare sufficientem tam in victu quam in amictu manentibus Patribus et Fratribus Patres Superiores omnino procurent

Invillis et Praedijs taliter res oeconomicas disponant ordinemq oeconomicum fieri satagant ne bonum commune aliquod detrimentum patiatur, et ne Subditi injuriose graventur. Ultimo tandem monemus superiores ut solum ad annum unum contractum dent Judaeis pro Arenda, non vero audeant pro annis tribus, uti jam practicatum est, ex quo fit magnum detrimentum Conventui, Subditisq gravis injuria, quod saepe saepius ad miserum statum deveniunt et hac ratione immo pro meliori bono conventus et Subditorum propinationem instituant ubi hac est commoditas.

His omnibus quae pro munere officij Nostri injungenda duximus permanenter exaratis quaero a vobis Patres ac Fratres in Dño Dilectissimi ut hae alacta notitia a corde vero minime recedat.

Denuntiamus caeterum vobis de obitu Charissimorum Fratrum Nostrorum in sequentibus Conventibus

In Cntu Morachvensi obiit E. A. R. P. Sacrae Thae Mgr Clemen Chodykiewicz Fil Cnty Morach.
In Cntu Vlodimiriensi obiit A. R. P. Sa Thae Lr Gabriel Szatayski Fil. Cntus Lucoe.
In Cntu Rakoviensi obijt A. R. P. Sa Thae Lr Josephus Szablowinski Fil: Cnty Snins.
In Cntu Bystoviensi obijt Sa Thae Praes: Fr Dominicus Dobrowolski Fil Cnty Lah:
In Cntu Kotinensi obijt R. P. Andreas Witkowski Fil Cnty Lucoe.
In Cntu Chotowiensi obijt R. P. Alanus Pampecki Fil: Cnty Pinsc.
In Cntu Paskoviensi obijt R. P. Christophorus Jakubowicz F. C. Kowg.
In Cntu Biliciensi obijt A. R. P. Pdr Gnalis Vitalis Lukomski Fil: Cntus Camenec.
In Monasterio Camenecensi obijt Rlgsa Soror Hyacintha Makowska
In Eod. Monasterio obijt Rlga Soror Gertrudis Stadnicka
In Eod Monasterio obijt Rlga Soror Stephana Sokolowska

Pro his omnibus debita quam citius Suffragia persolvantur

Pro certiori praesentium Communicatione mandamus omnibus Adm Rndis Patribus Prioribus ac caeteris Conventuum Nostrorum Praesidentibus ut praesentem Nostram Encyclicam Epistolam ubiq ad publicam Mensam lectam et in Librum Encyclicarum ingrossatam cum Notata diei receptionis et remissionis via Cursoria per Consultum Tabellarium de Cntu ad Conventum transmittant quod totum praecipimus In Nomine

Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen.
Quibuscunq in Contrarium non Obstantibus In quorum Fidem
has Sigillo officij Nostri munitas manu propria Subscripsimus
In Cntu Nostro Lubarensi Die Inij 1797. Anno

Rej: pag: 28

Conservus in Domino
Fr Dominicus Wyszynski
qui supra
mpp

Fr Felicianus Minski Scra Thea Lrds: P. R. C. ac
socius.

Fr Dominicus Wyszynski Missionarius S. Ta. Magister Prior
Provincialis Provinciæ S. Hyacinthi in Russia Sacri Ords Fratrum
Prædicatorum

In Dei Filio sibi Dilectis Eximijs RRdis Patribus S. T. Magistris
Exprovincialibus Nationum Vicarijs, Conventuum Prioribus, cæterisq Pa-
tribus Ejusdem Ordinis et Provinciæ Salutem et Gaudium in Spiritu.

Quæ a nobis exquirit suprema Imperij Potestas, quæ et Ecclesiæ Regatio-
num necessitas, quæ ipsamet Religionis nostræ vocatio, hæc omnia sive
vos reddere queam, qualiter et ad quæ his præcipue temporibus obligamur
utilitatis obsequia, qualiterve ad pietatis opera et charitatis specimina,
Litteras tantummodo ab Illustrissimo Excellentissimo et Reverendissimo Do-
mino Michaele Romano de Antiqua Sierakow Comite Sierakowski Episcopo
Latichoviensi acceptas transmittere non prætermittimus.

W Państwie Jego Imperatorskiey Mości Pawła Iwgo Imperatora y Samo-
władcy wszech Rossij etc: etc: etc: Pana naszego Naymiłościwszego.

Michał Roman z Starego Sierakowa Graff Sierakowski z Bożey y Stolicy
Apostolskiey Łaski, Rzymskich Kosciołow Biskup Latyczewski Orderu
S. Anny Pierwszy Klassy Kommendator y S. Stanisława Kawaler.

Przewielebnym w Bogu Imci Xiężom Prowincyałom y Wizytatorom Zakon=
nym do Dyecezyi Naszey Latyczewskiey należącym.

Poniewaz umyśliliśmy wszystkich Kapłanow Dyecezyi naszey Latycze-
wskiey Swieckich, y Zakonnych, przy następującego Roku Rubrycelli, do
publiczney wszystkich wiadomości wydrukować, przeto zalecamy Przewiele-
ważnym ażebyscie sie złożone, a to w jak nayprędszym czasie, wszy-
stkich Kapłanow Kleryków, y Braci, respective swoich Zgromadzien
po Imionach y Nazwiskach do Kancellaryi naszey Zadworney przesłali. =
Przytym uwiadomiamy, że przedsięwzięliśmy sami obecnie odprawić Ge=
neralno wizytę wszystkich Konwentow, do władzy naszey należących,
Azatym chcieycie obwieścić podd[an]ych swoich, izby byli od tego momen
tu gotowi do tey Osobistey naszey wizyty y przygotowali się na przyjmowa-
nie naszą. Niech spisze Konwent z wszystkiemi do niego należącemi, ru-
chomemi y nieruchomemi rzeczami, Exystencya, ich stanowiącemi, kto
ge opisanie ma bydź na papierze czystym, czytelnym charakterem
y z niemałemi Marginesami; a to na dowiersze, izbysmy zostawiwszy
ieden Exemplarz w Stancie, drugi sobo wziąć mogli a tym sposo
bem nieprzyczyny nili sobie mitręgi, y Konwentow niepotrzebnie
zarow, Nadto, kiedy się upodobało Naywyzszemu Spuścić ukaranie na
mieszkańcow

Satanowa, y zrobic ich oddzielonemi od nas, przez zarazę, ktora tam do tąd nie usmierzyła się, Zdaie się nam nayspráwiedliwiey abyśmy tro skliwość naszą tam szczegulniey obrocili, y nie ubliżyli im, naszey Du chowney posługi wten czas kiedy oni są ogołoceni z towarzystwa naszego. Pełniąc naszą powinność Pasterską, nie ubliżyliśmy tym nieszczęśliwym mieszkańcom Satanowa, naszego dać dowodu Paster skiego serca, byliśmy tam osobiście maiąc wraz z sobą Przewieleb: w Bogu Jmć Xdza Hrabiego Krasinskiego byłego Kantora Kamie nieckiego, tudzież Barczewskiego Kanonika Łatyczewskiego y Jaszczewskiego Jarmolińskiego Plebana, y osobiście nasłey wiary Chrześcianom administrowali Sakrament S. Pokuty. Atoli ufni w Bogu y troskliwości Rządu, spodziewamy się iż ta zaraza uśmie rzona zostanie, nie możemy iednak nie starać się nawet na dal aby tam ci mieszkańcy ogołoceni nie byli z posługi Duchowney dla siebie. Uczyniliśmy w tym celu przyzwoite opatrzenie: iak do tąd maią kapłanow ktorzy im swiętey nie ubliżą, pełnic posługi lecz ieżeli się podoba Bogu, odiąć tych od nieszczęśliwego ludu można azeby na potym byli przez znas opuszczonemi animy o tym myslec może my. Atoli iuż mamy z kapłanow swieckich w przypadku należą wiennoprac z pociechą serca naszego odważaiących się ochotnie atoli chce my azeby y zgromadzenie Przewielebnosci waszych do tak swiętego dzieła należeli. I dlatego wcześnie uwiadomiamy iż ieżeli czego uchoway Boże wypadnie potrzeba, będziemy tam na Pnie Duchowna posyłali, obiera iąc, y o tym wam podległe respective zgromadzenia. Lecz żebyśmy y z tey miary czuli rozkosz w sercu naszym, chcemy wiedzieć czyli nie będzie iakich zgromadzień do tego ochotnikow. I dlatego ieżeli takich cnotli wych znaydziecie nayprędzey nam donieście, abyśmy w sercu ich części S. przesyłaiąc onych do nieszczęśliwych mieszkańcow Satanowa, częstuiąc dary nayswiższą słodyczą, karmili serce y dusze naszą. Po lecamy nasze zalecenie do powyższych wszystkich okoliczności pewnemi będąc, że tezychto przez waszą Przewielebność do skutku doprowadzone zostaną. Na swiadectwo Dan w Winnicy dnia 21 wrze śnia 1797 Roku.

Michał Roman Biskup. mpp

X. Franciszek Matkiewicz Kanonik Łaty czewski Sądow Zadwornych Sekretarz mpp

Dum ergo vobis hac Notificatione satagite Dilectissimi Sin gulis satisfacere imo ut haec omnia infallibilem consequantur effe ctum praecipimus Omnibus Conventuum Superioribus ut tam speciali sedule de futura visitatione cogitent, ne ve aliquid in commodi reperiatur invigilent.

Denuntiamus et simul Commendamus vobis Animas pie defun ctorum ut vestris orationibus et suspirijs juventur.

In Cordone Caesareo obijt Rel. Fr. Deodatus Kuczanski Conv: Filius Conta Rosarij

Obijt quoq Perillustris Magn. Dominus Adalbertus Leo Succame rarius Pomeraniae Qui ad Beneficia Ordinis susceptus est a Re verendissimo Magistro Generali Ita A° 1789no

Pro certiori autem hujus nostrae litterae cursu mandamus omnibus Conventuum Superioribus quatenus praesentem litteram ad publicam mensam perlectam et libro adhoc designato ingrossatam cum adnotatione diei qua pervenit et remittitur non per captatam occasionem sed per consultum Tabellarium juxta Cursoriam de Conventu ad Conventum transmittant et hoc in Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen Quibuscunque in Contrarium etc. in quorum fidem etc. Datum in Conventu Nostro Missionis Lubarensi Die 2da Mensis Octobris 1797mo Anno 92

Reg. Pag. 30.

Conservus in Domino.

Fr Dominicus Wyszynski qui supra

(L. S.)

Fr Jacobus Kosinski S.a T.ae L.r V.P.C. et socius

Od Dziekana Dubienskiego X.a Podgorskiego do Rządcow Parafij w Dekanacie Dubinskim Przepisane

Deus, cui neminem in magnitudine Parem vidit aliquando natura, et cui universa potestas ut pote ab eodem nata, humiliter obtemperare, veri ad ejusq nutum contremiscere noverit, in quo tandem (: clamante Apostolo :) vivimus, movemur, et sumus, Ipse inquam qui non nisi certus limites vita humana commensurando perspexerit; quomodo in mortalibus ejusmodi potestatis altissimæ operatur effectus. Neminem Vos Patres ac Fratres in Domino Dilectissimi latere arbitror, ut fere, non jam quotidiana dicam, sed momentanea demonstrant experimenta, dum ecce Scriptura testante hominem in vita multis repletum miserijs, terram de qua sumptus est, ut propriam deinde Matrem amplecti jubet, ad eam reverti. Cum itaq et Nos etiam eidem supprema Manui subjectos novimus, nec recusare, nec quidquam de ejusdem moderamine in Nos permissum infringere valentes, non nisi humiliter laudandam, ac adorandam etiam in adversis Omnipotentiam pure optimo ducimus.

Notam equidem vobis Patres ac Fratres dilectissimi infirmam valetudinem nostram, quomodo non alleviarunt, sed multo magis aggravarunt munia Officij, speciali Charitatis et benevolentia vestra documento Nobis commissa, insuper tamen iisdem satisfaciendo, cum ad Conventum Nostrum Ratczynensem de More visitationis annuæ advenimus Die 4. Februarij, in crastinum statim multis et non levibus cum doloribus, colicis, aliisq debilitatis causis, ecce jam integra hebdomada cursu, nil aliquod levamen sentimus; imo potius omni momento, graviora experiendo augmenta infirmitatis, non nisi ultimum

ultimum spectare diem cogimur.

Igitur cum non sint nobis noti dies, quos Pater in sua posuit Potestate, ne infirmitas nostra conventibus Provinciae in aliquod damnum vergere videatur, nunc ligati dolore recommendamus c. A. R. P. Pbus Contractasium Prioribus ut nobis in ejusmodi officij nostri munere modo deficientibus succurrendo quilibet sua Contracta Contibus omni qua par est diligentia et studio, quaeque ad observantiam Regularis Zelum bonique communis integritatem necessariam esse viderit, inspiciat, faciat, animoque charitatis fraterna edificare satagat Privilegijs, quae sibi annexa noverint in ejusmodi favenitibus.

Iam vero per charitatem vestram Patres ac Fratres dilectissimi nos metipsos commendamus, junctis orationibus vestris, ascendat fervida deprecatio vestra ad Altissimum Juxta ei placuerit auferat dolorem, restituat sanitatem, unde Paternitati vestrae celebrata, Vestrumque officium Dic nobis exhibitum, aeternae gratitudinis nostrae erga Personas vestras debitique legem Denuntiamus Vobis Animas pie defunctorum in Provincia nostra, eas Sacris Orationibus debitisque Suffragijs commendando.

In conventu Dubiecznensi obijt A. R. P. Prad: Generalis Fr Mathaeus Jaworowski Filius Conv. Leopoliensis.

In Contu Vinnicensi obijt R. P. Cyrillus Mroczkowski Filius Podkam.

In Podk. obijt R. Fr Erasmus Conver. Filius Podkame.

In Conventu Matatycensi obijt R. Fr. Zacharias Conver. Filius Mlawen.

In Convtu Lachoviensi obijt A. R. P. Prad: Joannes Kulicki Fili: Podk.

In Contu Nowogro: Soror Thecla Boguslawska.

In Cordone Caesareo

A. R. P. S. Thae Praes. Henricus Kwasnicki Leopoliensis

R. P. Aloysius Olszewski in Jonzier.

R. P. Antonius Zielniewicz Jaroslavia

R. P. Casimirus Nowogrodzki Jaroslavia.

R. P. Bonaventura Kleczewski Josepoli

R.P. Alexius Stachowatski in Borek
R.P. Michael Szczyński Lutków.
R.P. Jacobus Szczutski in Podkamien.
R.P. Placidus Gonczarski in Podkamien.
R.P. Marianus Bagucki in Zarwanica
R.P. Gregorius Midowski Lutków.
R.P. Marianus Szczkiewicz in Podkamien
R.P. Bonifacius Pluciński in Podkamien

Pro certiori autem praesentis Ordinationis nostrae curam recommendamus singulis Conventuum Nostrorum Superioribus, ut eas ad publicam mensam lectas Libro Ordinationum inscribant (cum adnotatione Diei et horae qua pervenit) et ad sequentem Conventum transmittant quantotius, non per aptatam occasionem, sed per conductum Tabellarium juxta viam cursoriam et ergo adnotatam. Et hoc in Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Quibuscunque in Contrarium etc. in quorum fidem. Datum in Conventu Nostro Tustanensi Die 6. Mensis Februarij Anno 1803.

Conservus in Domino.

Fr. Porphyrius Provincialis

Nro 60

Fr. Thomas Daszkiewicz Lector Prior R. Carmelitarum

Od Urzędu Wikarego Prowincyalskiego Kontraty wołyńskiey 171
Zakonu OO. Dominikanow X. Mikołaia Wodzinskiego: i. Rad.
JXX Przełożonym Klasztorow Teyże Kontraty i Zakonu

Zalecenie

Smutna nader iest rzecz, ktorą w przyłączoney tu Encyklice wszystkim Osobom Zakonu naszego w tuteyszey Kontracie ogłosic obowiązany iestem dosc sama Encyklika powinna w sercach naszych wzbudzic wołanie do Dawcy Zdrowia i Życia, aby zachował przy nich osobę z Urzędu i potrzeby naszey nayuyzszą. — Ale tem czuley i mocniey do modłow wszystkich zachęcam iak wyraźniey mi Listem swoim JX Akrotan offiziy ostateczne nie bez pierwszego utraty tak wysokey i szanowney osoby oznaymuie.
Wiadome są Przełożonym i starszym zbyt trudne teraźniey sze okolicznosci, a zatem, tak sami iako i ich zachęceniem młodzi nieustanną prywatną winni się do Boga uznosic gorliwosci; nadto iednak obowiązuie JXX Przełożonych i do powszechney modlitwy; to iest aby po odebraniu takowego ogłoszenia natychmiast w każdym Klasztorze przy Zgromadzeniu była spiewana solemna wotywa [illegible] z Litanią do Matki i Opiekunki Zakonu naszego N. M. P. co ja w moim Klasztorze dziś uczyniłem. Ninieysze zas Zalecenie z Encykliką w moment przepisać w Xięgę zwyczayną i do następuiącego Klasztoru odsyłać zalecam. — w Łucku Dnia 23. Lutego 1803. Ru

X. M. Wodzinski. W. P.

Nro 76.

Fr. Porphyrius Rumowski S. Th. Magister Prior Provincialis Provin=
ciæ Russiæ S. Hyacinthi, Sacri Ordinis Fratrum Prædicatorum —

In Deo Filio sibi dilectis EE. AA. RR. Patribus Sacræ Thæ Magistris Ex provin=
cialibus, Vicariis nationum Prioribus Contratæ et Conventuum ac Domorum Superioribus
cunctisque Patribus ac Fratribus Ejusdem Ordinis et Provinciæ salutem et vigilem
Religionis curam —

Jam jam limites mortis visitabamus, jam labor itineris et negotiorum assumimus
constrictus vitam nostram quasi exinaniverat, et ecce post gravissimam et insolitam
in Conventu Tuliczynensi per Menses tres, nostram ægritudinem, ea Omnipotenti
voluntati quæ nos communi Provinciæ servitio mancipari voluit, adhuc a con=
finiis Regnorum alterius vitæ ad præsentem, et in hac ad communes labores et
obsequia vestra revocati et retenti sumus, licet durissimis infirmitatis signis
et languoribus relictis — Verum ut Benignissimo conservatori Nostro satis=
faciamus ex momento in quo pedibus etsi parum sustineri sensimus, annuam
alias Visitationem totius Provinciæ brevi tempore peragrandam inchoavimus
et perficimus — Eamque duobus proximis Mensibus finiendam denuntiamus.
Quodammodo nunc imminet denuntiatio et intimatio futuri præsenti Anno,
juxta designationem Capituli in Conventu Nostro Constantinoviensi Die 8.
7bris 1801. Anno celebrati in Conventu Nostro Formali Lucoviensi Eadem
die 7bris celebrandum Capitulum intermedium pro more et Consuetudine
Provinciæ; quod præsentibus intimamus et celebrandum denuntiamus
omnibus et singulis Patribus ac Fratribus curæ et Regimini Nostro
subjectis, eos vero ad quos de jure corpus istius modi Congregationis com=
ponere pertinet, vocamus et hortamur, ut omnibus depositis privatis excusa=
tionibus vel particularibus impedimentis dictum Conventum Nostrum Lu=
coviensem personaliter in pervigilio Actus hujusmodi adeant et ibi reperi=
antur, exceptis vel gravissime infirmantibus vel negotiis boni Communis
maxime urgentibus occupatis — Circa quod Vicarii Nationum testimonia
debita in scriptis deponere sint parati — Iis vero qui ex legibus ad Actum
convocationis istius non pertinet dictum locum adire, sub pænis Constitutionis
in transgressores interdicimus et prohibemus, ut autem hæc Comitias selecta
non sit absque communi satisfactione et bono, omnibus et singulis Conventuum
ac Domorum Superioribus aliqua graviora communis boni negotia vel causas
perplexas, et damnosas habentibus, cunctisque Patribus ac Fratribus totius Pro=
vinciæ causas, negotia, injurias, petitiones et postulationes personales pro=
ponere, obtinere vel excitare cupientibus mandamus et præcipimus hæc omnia,
cum expressis declarationibus vel si opus est testimoniis, et documentis instan=
tanee ad Vicarios Nationum et Priores Contratæ in scriptis sigillatis transmit=

=tere=

tere per hos Capitulo proponenda et explicanda, circa quae neminem a quopiam aliquod impedimentum aut praejudicium fieri volumus sub debitis animadversionibus —

Item ad sublevandum onus expensas Conventus Luceoriensis Superiores omnium Conventuum irremissibiliter et tempestive ad Priorem Contratam transmittant contributionem juxta sequentem designationem —

	Flor.		Flor.
1. Conventus Camenecensis	20.	Conventus Raczycensis	25.
2. Smotricensis	15.	Ziembinensis	10.
3. Sotobcovecensis	8.	Chotajoviensis	30.
4. Soculensis	16.	Zastaviensis	36.
5. Szaravecensis	18.	Horbensis	18.
6. Laticequiensis	15.	Vleccensis	36.
7. Barensis	20.	Buchoviensis	20.
8. Vinnicensis	18.	Lubarensis	10.
9. Tulczynensis	36.	Vetero Constantinoviensis	18.
10. Merastensis	36.	Lachoviensis	19.
11. Byszoviensis	10.	Koziniensis	8.
12. Czarnostiensis	36.	Targoviensis	8.
13. Ovrucensis	10.	Jaloviensis	26.
14. Vlodimiriensis	10.	Czartoryscensis	18.
15. Cosero Camenecensis	36.	Niwiercovecensis	8.

16. Contrata Albae Russiae Sztetovensis juxta usum antiquum — Conventus Luceoriensis supplebit —

Quam Provisionem Priores Contratae exequi curent sub solutione pro Conventibus sua Contrata non transmittentibus, ex reddita vero, cuilibet Conventui Epistola Adm. Rndi Priori Luceoriensi obtenta obtentam remittant —

Futuram hanc Congregationem decorabunt Actibus Scholasticis Theologicis quidem ex Studio Generali Luceoriensi Adm. Rndus Pr. S. Thae Praesentatus Raymundus Furmankiewicz Regens et Admdu. Rndg Pr. S. T. Praesentatus Jacobus Koziński Baccalaureus — Phylosophyco Rndg Pr. Vincentius Prostowski in Studio eodem —

Commendamus Vobis Animas Fratr. Nostror. qui in Dno obierunt —
In Conventu Tulczenensi obiit Adm. Rndg Pr. S. T. Praesent. Egidius Jurgowski — filius Podcamenecensis — In Conventu Tulczynensi Admdu. R. P. Praedicator Glis Raymundus Kocipewski filius Podcamenecensis — In Conventu Smolanensi R. P. Ludovicus Lazezenko Filius Lubarensis In Cordone Caesareo —
A. R. P. Henricus Kwasniewski S. T. Prtg. Filig Cnty Leopoliensis

—— Vale ——

Pro certiori autem has litteras nostras mandamus omnibus Conventuum Superioribus ad publicam ~~[illegible]~~ Mensam legendas et ideo Concionatoribus ingrossatas literas per Consultum tabellarium de Conventu ad Conventu juxta seriem superius adnotatam sine dilatione transmittant. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Quibuscunq in contrarium non obstantibus in quorum fidem etc. Datt. in loco Nostro Lucoriensi Die 16. Junii 1803. Anno.

Nro 161.

Conservivo in Domino

Fr. Porphyrius Mgr Prior Pro̅lis Russiae O.P.

Fr. Thomas Dapkiewicz Lr. S. T. R. C. ac Socius

Fr. Porphyrius Runowski S. T. Magister Prior Provincialis Provinciae Russiae S. Hyacinthi S. Ordinis Fratrum Praedicatorum.

In DEI Filiis sibi dilectis Eximiis ac Adm. Rndis Patribus S. T. Magistris Exprovincialibus, Prioribus Contratarum et Conventuum superioribus Domorum, Cunctisque Fratribus et Sororibus Ejusdem Ordinis et Provinciae Salutem et ad Religiosam Aedificationem Gratiam Supernam.

Divinae voluntatis erat, Nos etsi immeritos et impares viribus tam Numeroso et per diffusas plagas Constituto suo Gregi praeponere, tamq graves muneri Nostro circumstantias Regiminis ministrare ut iam extingui Languoribus crederemus. Quidquid desperatum erat vitae nostrae, abstulit Omnipotens Divina manus, statuit in ulteriori cursu per summae vigilantiae et pacientiae semitas, disponitq corda Patrum Provinciae, ut congregati 8. 7bris Anno praesenti ad Capitulum Intermedium Celebrandum in Conventu Zaloscensi designato per Consilium Patrum die 14. proximi Augusti in Lubar loco Conventus Lucoriensis in Capitulo praecedenti statuto, nuper infeliciter conflagrato, ad reliquum Quadriennii in Regimine totius Provinciae nos firmarent. Orationes Vestras pro Nobis in calamitate Nostra et vota in Verbo Patrum impleta esse credimus, ideo quaecunq in Consilio dicti Capituli Intermedii pro bono et Ordine totius Provinciae nostrae sancita sunt, denuncianda Vobis duximus. Itaque denunciamus sequentes Promotiones ad Gradus.

Ad Gradum Praesentaturae titulo Scholae

Promotum esse A.R.P. S.T. Lrm. Frm ~~[illegible]~~ Carolum Ferbeszowski in locum actu vacantem post Obitum A.R.P. Praestti Fratris Alexii Sakowski.

Ad Gradum Praesentaturae titulo Praedicationis.

Promotum esse A.R.P. S.T. Lrm. Frm Brunonem Kulminski in locum actu vacantem post Obitum A.R.P. Praestti Henrici Kwasniewski.

Acceptata sunt etiam merita in Ordine ad Gradum Praesentaturae titulo Praedicationis A.R.P. S.T. Lris Fris Cornelii Muzer.

Ad Gradum Praedicaturae Generalis

1º Promotum esse A.R.P. S.T. Lectorem Frm Mathiam Bialynowicz pro Conventu Bielicensi in locum actu vacantem.

2º A.R.P. Frm Hier-

2º A.R.P. Frem Hieronymum Koltonowski pro Conventu Malaticensi in locum actu vacantem.

3º A.R.P. S.T. Lrem Hyacinthum Dutkowicz pro Cuntu Lachowczensi in locum actu vacantem post obitum A.R.P. Prædris Gnlis Fris Joannis Kozicki.

4º A.R.P. Frm Alanum Zielinski pro Cvtu Smotrycensi in locum actu vacantem post obitum A.R.P. Præd: Gnalis Fris Raymundi Kociszewski.

5º A.R.P. Frem Dominicum Sanlowski pro Cvntu Tulczynensi in locum actu vacantem post obitum A.R.P. Præd: Gnlis Fris Mathæi Jaworowski.

6º A.R.P. Frm Theophilum Stonka pro Contu Bohorodczanensi in locum actu vacantem post obitum A.R.P. Præd: Gnlis Fris Protasij Jedrzejowski.

Acceptata etiam sunt merita in Ordine ad Gradum Prædicaturæ Gnlis R.P. Fris Cajetani Gałuszkiewicz et R.P. Fris Eugenij Kwiatkowski. Approbatus vero Prædicationis labor Annorum quinque Rndi Pris Fris Francisci Kozakowski.

Præcipuum Ordinis Nostri decus et munus est, omni conatu fovere Studia Litteraria, cum vero Conventus Noster Luceoriensis etsi Conflagratus, aptissimus sit exercendæ publicæ æmulationi, Statutum est Studium Generale Provinciæ remanere in eodem Conventu, cui designati sunt Moderatores, pro Anno Currenti Regens A.R.P. S.T. Præsttus Jacobus Kosinski Baccalaureus — A.R.P. S.T. Præsttus Vincentius Dobrzycki vel si hic infirmitate impeditus, A.R.P. S.T. Præsttus Justus Umecki — Magister Studentium A.R.P. S.T. Lr Henricus Kowalski. Pro Anno secundo sequenti Regens idem, Baccalaureus A.R.P. Henricus Kowalski, Magister Studentium A.R.P. S.T. Lr Thomas Daszkiewicz — Professor Philosophiæ pro Secundo Cursu triennali A.R.P. S.T. Lr Vincentius Rawtowski — Cui Studio etiam Studentes idoneos providemus —

Cum autem numerosissima et rarissima Bibliotheca istius Conventus integra igne consumpta sit, provisionem vero Bibliothecæ hujusmodi Studio opportunæ Patres Provinciæ nobis commisissent. Ideo imprimis obsecramus Omnes Patres et Fratres totius Provinciæ doctrinales Libros Personali Usui concessos habentes ut ex amore boni Ordinis et Sapientiæ pro dicto Studio aliquos Libros cedant, illosq ad Priores Contratarum cum Schedulis per Nos transportandos transmittant — Tum Authoritate Officij nostri et sub formali Sæ Obedientiæ præcepto mandamus Omnibus Superioribus Conventuum, ut toties jam conscripta Registra respectivarum Bibliothecarum, vel ubi desunt noviter conscribenda fideliter, etiam quoad duplicata, triplicata etc: exemplaria, cum quibuscunq post descriptionem anteriorem Accessibus; in Contrata Volhyniensi, Podoliensi, et Kijoviensi, pro die 10. 8bris proximi — in Contrata vero Lithvana, et Albæ Russiæ, pro ultima 8bris ad Priores Contratarum transmittant, a Prioribus Contratarum Podoliensis, et Kijoviensis ad nos Luceoriam pro die 23. ejusdem 8bris sub Sigillo Officioso transmittenda — a Prioribus vero Lithvaniæ et Albæ Russiæ Contratarum, ad eundem locum pro die ultima 9bris. Dicta Registra a Nobis [illegible]cunctanter cuilibet Conventui remittentur.

Quia item Statum cujuslibet Conventus Nostri hucusq præ manibus non habeamus, et immineant nobis die 24. 8bris Luceoriæ tractanda gravia Negotia circa Conventus Provinciæ Nostræ, præcipue circa educationem adque cum Nostra pace et fructu peragenda eosdem Status omnino præ manibus habere debeamus. Similiter et Authoritate nuper a Patribus Provinciæ Nobis commissa, injungimus omnibus Prioribus Contratarum et Vicarijs Nostris, ut dictos Status vel mandent si superant festinationem, Superioribus Conventuum suæ Jurisdictionis conscribere vel totius ipsi discedant per Conventus et Conscribant fidelissime iuxta formam pro hoc et Bibliotheca annexam. Omnesq Status pro die 24. 8bris irremissibiliter sub Officioso Sigillo ad Nos Luceoriam transmittant.

Denunciamus Conventum Nostrum Barensem de Vicariatu elevatum esse per idem Consilium ad titulum et Privilegia Prioratus —

Satisfactioni et commoditati cujuslibet individui Nostri semper intenti, statutum declaramus pro tota Provincia nostra

Provincia Nostra, ut cuilibet Religioso in Conventibus Curam Animarum annexam habentibus, dentur in Provisione 90. fl: per Annum, ubi vero non est Cura Animarum dentur fl: 100. ita ut Sacerdotibus minus gravibus, Omnibus Clericis et Conversis non in privato peculio, sed in requisitis pro necessitate omne persolvatur. At quoniam ad exsolvendas provisiones ut plurimum Eleemosinæ et alia onera quietari debent absq dilationibus, qui igitur Sacerdotes in Celebrandis Missis negligentes fuerint reperti, unum vacans in hebdomada non attendatur, quoties vero ultra unum vacans per propriam Negligentiam non celebraverint, toties pro quolibet vacante per unum florenum de provisione perdant.

Revocamus in memoriam, quæ circa Divinum cultum et Regularem Observantiam statuta sunt per Constitutiones Nostras, de Sequela Chori, de Ordinatione et pausis in Officio, de quotidiana recitatione in Choro Officij Bmæ V. Mariæ, de gravi et exemplari Celebratione Missarum, quæ omnia Ordinationibus Nostris 1801. die 14. Xbris, serio demandata sunt.

Circa receptionem et Educationem Novitiorum præcipimus Superioribus, ubi Novicatus retinentur, et Magistris Novitiorum ut frequentius legant Ordinationes Capituli Intermedij Meraffensis Aº 1794. celebrati, quibus in omnibus se conforment, sub gravibus animadversionibus in proxima Visitatione.

Item Professores omnium Studiorum secundum Ordinationes dicti Capituli Intermedij, Cursus Theologiæ et Artium inchoent, quousq nova Dispositiones nostræ pro circumstantijs non transmittentur.

Quia ex ignorantia, malis affectibus, vel inani timore plurium Superiorum bonum Commune grave patiatur damnum, præcipimus in virtute Spiritus S. sub pæna Absolutionis ab Officio et sub Nullitate Actus in futuris Visitationibus declaranda, ut nullus Superiorum, etiam de Consilio det alicui personæ in fundo, vel domo, quomodoslibet ad bona Ordinis pertinentibus Jus advitalitium, vel Possessionem bonorum immobilium, absq ulti: ultima necessitate semper prius Nobis exponenda, et sine Consensu Nostro Officioso — Nullus incipiat aliquem juridicum Processum, faciat Manifestationes præter Negotia trium dierum moram non permittentia in eat Complanationes, det Contractus ultra Annum vendat vel commutet aliquid insigne de Communi, sine licentia Nostra, vel ad minimum, Nobis alio commorantibus, sine facultate et certa scientia Nostrorum per Nationes Vicariorum —

Inculcamus serio Superioribus Conventuum, ubi Juvenes manent ne illis concedant absq Socio gravi aliquas Visitationes Notorum et propinquorum, etiam tempore Vacationum, et sine Nostra licentia, idq ultra limites sui Districtûs — in quo plures Superiores inobedientes deprehendimus.

Item, sub interminatione Divini Judicij, et cum amotione omnis hac in re Authoritatis, iterum mandamus omnibus Superioribus, ne Fratribus Clericis, et Junioribus, minus gravibus Sacerdotibus sine gravi necessitate, et Socio exemplari, divagationes extra portam permittant, ex quo dissipationem Spiritus Religiosi, scandala, omissiones Conferentiarum et summam Negligentiam omni certo cognovimus.

Commendamus Vobis Animas Fratrum Nostrorum, qui ab immediato Capitulo ad præsens Intermedium Capitulum in Domino Obierunt —

In Cõntu Lubarensi obijt A.R.P. S.T. Mgr Prothasius Jędrzejowski Prior Vinnicensis Filius Cõntus.
In Cõntu Luceoriensi obijt A.R.P. S.T. Præsentatus Alexius Sokowski Filius Cõntus Vinscensis
In Residentia Kulczynensi obijt R.P. Benedictus Russalski, et A.R.P. Prædr Gnlis Raymundus Zoliszewski Filius Podcamenecensis.
In Cõntu Lubarensi obijt R.Fr. Archangelus Zabazenko Cler. Prof. Filius Cõntûs Ejusdem
In Cõntu Smotrycensi obijt R.Fr. Alvarus Kowalski Conver: Prof. Filius Cõntus Rosariani —
In Cõntu Monialium Camenecensi obijt Rlgsa Soror Caesaria Stadnicka
In Cõntu Tulczynensi obijt A.R.P. Præd: Gnlis Mathæus Jaworowski Filius Cõntus Leopoliensis et A.R.P. S.T. Præsentatus Ægidius Jagowski Filius Podcamenecensis
In Cõntu Vinnicensi obijt R.P. Cyrillus Mroczkowski Filius Podcamenecensis et R. Fr. Erasmus Conver. Filius ejusdem —
In Cõntu Malatycensi Obijt R. Fr. Zacharias Conver: Prof. Filius Schlersienl
In Cõntu Lachovecensi Obijt A.R.P. Præd: Gnlis Joannes Kozicki Filius Podcamenecensis
In Cõntu Monialium Novogrodensi obijt Rlsa Soror Thecla Boguszowna —
In Cõntu Smolanensi R.P. Ludovicus Zabazenko Filius Lubarensis

In Cordone Cæsareo —

In Cordone Casareo.

A. R. P. S. T. Præsentatus Hermius Kwasniewski Leopoli —
R. P. Aloisius Plesinski — in Gorsice —
R. P. Antonius Zielenievicz Jaroslaviæ —
R. P. Casimirus Nowogrodzki Jaroslaviæ —
R. P. Bonaventura Kłosowski Szypali —
R. P. Alexius Podmalski in Borek —
R. P. Candidus Łowszowski in Podkamien —
R. P. Marianus Bogucki in Tarnopol —
R. P. Marianus Baszkiewicz in Podkamien —
Rligus Fr. Bonifacius — in Podkamien —
Pro quibus debita Suffragia compleantur —

Cum vero præsentibus Litteris quidam illius exposcamus, per Amorem Ordinis Obtestamur A.A. RR. Præs Priores Contratarum ut curent quam citissime has Litteras transmitti et exequi in Omnibus iuxta Cursoriam Conventibus, factâ publicâ in Refectorio lectione et consueto Libro ingrossatione — Et hoc In Nomine Patris etc. Damus in Conventu Nostro Formali Luceoriensi, die Septembris 1803. Annô. —

Conservus in Domino
Fr. Porphyrius Runowski Mgr Prlis Russ O. P.

No 373. (L. S.)

Fr Porphyrius Runowski S. T. Mgr Prior Provincialis Provinciæ Russiæ S. Hyacinthi Sacri Ords Frum Prædicator.

In Dei Filio Sibi Dilectis Eximijs ac Adm Rndis Patribus S. T. Magistris Exprovincialibus, Vicarijs Nationum, Prioribus Contratarum, et Conventuum, Superioribus Domorum, Cunctisq Patribus, ac Fratribus, Ejusdem Ordis et Provinciæ Salutem, ac Religiosæ Observantiæ Amorem —

Mirum est ut sedulaius Cunctis Subditis Officio Nostro inservire studemus quo paucioris inhibitiones et meliores correctiones pro Paterna Nostra Charitate, et Cujusq de propria Conscientia Sollicitudine exequimur, eo frequentius etiam de minimis sive de Status Religiosi decorem sive de Necessarijs irremissibilium Ordinationum Nostrarum, etiam de mente totius Provinciæ Patrum latarum per supinam pussibilemq Neglientiam, tam Superiorum, quam Subditorum quorundam Omissis nec executis dolemus. Nos ipsi velut Fundatores magni muneris nostri coram Deo et Hominibus facti, per excessus vel inobedientiam Nostratum, Tedet quidem Nos frequentia litterarum sed sufferant innocui, ut satisfaciendo Conscientiæ nostræ Verbo Dei Opere persequamur eos, quos Offensio honestatis et benevolentia Nostra non pudet, qualem vero rationem etiam minuta discussuro severo Judici pro Nostro Mærore se, Suisq Subditis sunt reddituri videant ipsi. —

Amo. Toties tamq graviter clamavimus cum Legibus Nostris ut in quolibet Conventu servetur debita Clausura, Silentium, Vigilantia circa mores, recessus a conversatione cum Secularibus, Occupatio continua in Studijs, et Pietate, de quibusdam tamen Conventibus ultra Neglientiam horum Omnium, etiam extraneas recepimus Requisitiones ut immodestiam manentium compessamus, et in illis resuivimus non Corda esse dura, sed mollem imo Scandalosam custodiam Superiores, id est Cuilibet Subdito die et nocte non invigilare usq ad infamiam, Professores incitare ad laborem, sed retrahere licentiæ cum Secularibus ex se ipsis exemplum dare humilem Obedientiam sibi non prætendere, remissam a Juventute gloriam Dei non restaurare nec dissolutos severiter corrigere velle, Ac si Sanguis Commissorum non de manibus eorum exquirendus esset, si præmiorum digna sunt merita quare non puniuntur Excessivi, tot medibilibus modis pro diversitate delictorum in Legibus Nostris expressis? nisi quod corrigendi ipsi, alios corrigere non audent, ut in suis licentijs, et Scandalosis ebrietatibus, debita confusione non cumulentur. — Quid Spei! iam de Salute propria, iam de futuro Juventutis fructu, et fama Ordinis! quod remissa Schola, Choro, et omni fere Observantia, datur facultas insolentiæ crescere, usq ad horrorem. —
Omnes vos Patres ac Fratres in Domino Dilectissimi qui virtutis lilia et Benedictionem Patriarchæ Nostri Beatissimi non parvi penditis, Observamus, ut manus Vestras cum Nostris, sive ad Deum deprecandum, sive ad Confundendos et corrigendos eos, qui Vestra etiam pia Corda contristant, componatis —

Ne in hisce circumstantijs —

Ne in hisce circumstantijs Universum dedecus et vae excidat.

2do. Nec in hoc miramur corruptioni Juniorum, quod munus Apostolicum Praedicationis lusum Puerilem sequitur, Superiores pigri utuntur Concionatoribus tota Septimana pro se ipsis, dando tempus saltem perlegere Concionem die Festo, ac si cum institutione in hoc munus acciperent memoriae lapsum, saepius tamen accidit, Concionatores tota Hebdomada pigritare, divagari, vel dormire, et Die Dominico talem Satisfactionem in Stuba Sacra praebere Populo, qua meliorem quisque haberet domi faciendo per Pueros legi eosdem Sermones — Nonne expelluntur ideo fideles ex Ecclesijs, Nonne Sacer Status Noster, digne vituperatur. — Mandamus igitur in Virtute Spiritus S. Omnibus Superioribus ut caventes a retractione Concionatorum, compellant eos Conciones scribere et ex memoria dicere — ut saltem rudis Populus audiendo verba ex Ore, Non Papyro subintelligant dicta provenire ex Corde, sicut de Apostolis digne credebatur — Qui vero furantur sibi tempus, pro facienda Concione et correctione occludantur una vel altera die. — At qui Concionatores non habuerint testimonia Superiorum de praedicatis, non lectis Concionibus, nullam meritorum acceptationem pro Gradu sperent.

3tio. Post admonitiones plurimas exemplum dabimus diu Commemorandum, puniendo graviter Superiores, in transmissione litterarum Encyclicarum negligentes; qui putant Nostram Vocem Summi momenti Negotia semper continentem jacere posse apud illos ut non sortiantur instantaneam fere executionem, nec deberi transmitti Consulto ad Conventum sequentem sed Occasionem expectant pro suis vero inopportunis excursibus, vel negotijs, etiam magnas expensas non dedignantur. — Inchoavimus iam hujusmodi exquirere justificatimus Nos, coram Provincia et Regimine, dum carentiam plurium litterarum Nostrarum in pluribus Conventibus in Reo puniemus. —

4to. Sanctiones sub Die 20. 8bris Anni Elapsi circa Educationem quam postremis litteris declaravimus pervenit ad nos Suprema Imperatoriae Majestatis Confirmatio, qua significat Optimus Imperator et Dominus Noster intimum gaudium, tam de Voluntarijs Oblatis Nostris, quam de voluntate Nostra Excitandi Educationem per Alumnos Vilnam mittendos, Nihil in his litteris Nostris erat — Patres Provinciae vel statuerunt, vel per nos mandandum vel disponendum voluerunt, quidquid totius Provinciae bonum aedificationem et tutament Ordinis ad Regimen concerneret. — Obtemperavit mandatis Podolia conferendo Florenos 500. pro Gymnasio Vinnicensi, ad Volhyniae etiam litteras Encyclicas deperdidit, qua propter relicta Nobis investigatione facti earundem litterarum Copiam pro hac Contrata adrectimus, ut ex nunc secundum tenorem exequantur — tam quo ad Provisionem pro Gymnasio Volhyniensi, quam quo ad Provisionem pro Alumnis — Qui vero ubi vis Superiores de suis Conventibus, secundum dispositionem Priorem taxatam quantitatem non inferent, post sumptu Personali in locum indictum transportabunt — Vicarius Noster Podoliae collectos ex sua Contrata Florenos 890. per Szarawkam, Konstantynow, Lachowce, remittet Luceoriam, semper per Respectivos Superiores, vel alios certos homines — E. A. Rndus Pater Prior Stolpcensis Florenos 900. remittat Vicario Nostro Lithvano E. A. Rndo Patri S. T. Mgro Athanasio Malczewski Pinscum, hic per Priorem Cossero-Camenensem reddat Luceoriam — Ex Alba Russia Florenos 470. in Szklow — Ex Kijoviensi 150. Kijoviae — Nostram dispositionem expectent, Omnia exequantur ante diem ultimam proximi Mensis Aprilis. —

5to. Licet pro Dioecesitantum Volhynensi recepimus commendationem ab Illmo loci Ordinario, scientes tamen eandem esse mentem et aliorum Pastorum Nobis communicandam, Communicamus etiam Vobis, de Verbo ad Verbum, ut a Similibus Caveamus. —

Przez Wielkiego Kanclerza Panstwa Rossyiskiego Hrabia Alexandra Worończowa z własnych Rąk oddany JWu Arcy-Biskupowi Mohylowskiemu Metropolicie Rzymskich Kosciołow w Imperium tuteyszym znayduiących się moc Prawa maiący List, a przez Wspomnionego dopiero Metropolitę mnie kommunikowany dla podania do Wiadomości Całego Duchowienstwa tych szczegułow ktore w sobie obeymuie, miedzy innemi tu wyrazono w rzeczonym liscie W. Kanclerza „ Że po przyłączeniu Prowincyi Polskich do Panstwa Rossyiskiego, w rozmaitych czasach wychodziły Ukazy zabraniaiące udawać się w interessach tyczących się Katolickich Kosciołow do Władzy za Granicą Panstwa będącey, podług brzmienia ktorych żaden Kapłan, żaden Poddany Religij Katolickiey niemogł bez zaciągnienia naysurowszych Kar odważyć się na Otrzymanie Kommunikacyi w iakimkolwiek względzie, y pod iakimkolwiek pozorem z Dworem Rzymskim, albolitez inną iaką władzą za Granicą Panstwa będącą — z tym wszystkim po mimo tych wyraznych Zakazow, y często powtarzanych doszło do wiadomości Jego Imperatorskiey Mci że niektore Communitates, y Osoby in dividuo miały wprost kommunikacyą z Dworem Rzymskim, albolitez utrzymywały swoich Reprezentantow — Nieukontentowany przeto będąc —

wzwany przeto będąc Imperator Imć ztakiego postępowania dał mi Rozkaz zalecić JWWmu Panu
" Szczególniey Jszą baczność wtym względzie, arazem przepiać Sposób postępowania, Którem
" mabydź Zachowany nazawsze wInteressach Kościelnych — I tak, kiedy się cowydarzy wDye=
" cezyach wartego przedstawienia Dworowi Rzymskiemu, Biskup Dyecezalny obowiązany będzie
" odnieść się wtey Okoliczności do JWWmę Pana, Którego powinnością zostanie dać swoie Ostateczne
" Zdanie, czyli to nieprzechodzi Jego mocy, y władzy, a wtakim razie odniosłby się JWWm Pan
" do Ministra Imperialnego, Który weźmie Rozkazy od Jego Imperatorskiey Mci y na
" Skutek onych da swoie Instrukcye Ministrowi Rossyiskiemu w Rzymie rezyduiącemu do trak=
" ktowania wtym Interessie z Stolicą Apostolską — Na Ostatek ieżeliby się wydarzyło czego
" się niemożna spodziewać, że nieuważaiąc na Prawa wydane Dwór Rzymski adressowałby
" wprost do JWWmę Pana albo do Któregokolwiek z Duchownych, czyli do Zakonnych żgro[madzeń]
" Bulle, albo Instrukcye swoie wiadimkolwiek Obiekcie, Obowiązkiem będzie JWWmę Pana po=
" dać takowe Pisma, czyli Kommunikować One Ministrowi Imperialnemu niedozwalaiąc nigdy
" Publikacyi onych bez wyraźnego nato Pozwolenia Rządowego — Ztąd Jego Imperatorska
" Mość na Skutek swoiey troskliwości iaką iest Zaięty dla wszystkich swoich Poddanych bezwzglę=
" du na wyznanie Religii chce utrzymywać Ministra przy Dworze Rzymskim, ażeby traktował z Wspo=
" mnionym Dworem wtym wszystkim co się ściągać może do potrzeb Duchownych zostaiących w
" Państwie Jego Katolików, y ten obrawszy srzodek, y tę drogę, Którą powinnyby dź prowadzone
" wszystkie Interessa wyciągaiące porozumienia się między Oycem S. y Kościołami Katolickiemi,
" postanowić raczył, ażeby nigdy inaczey niepostępowano — Ten List pisany iest z woli
" wyraźney Jego Imperatorskiey Mci ma moc Prawa dla wszystkich Katolików w Państwie
" Rossyiskim mieszkaiących — Raczysz przeto JWWmę Pan Kommunikować go wszystkim Bisku=
" pom, ażeby Oni podali do wiadomości, y starali się o Exekucyę onego w Swoich Dyecezy=
" ach, y żeby nikt niemógł się ztoczyć nieuwiadomością Contentow Onego, Wypisuiąc JWW
mmę Panu per Extensum z rzeczonego Listu wyrazy, Zalecam ażebyś Kommunikował
ie wszystkim swoim Klasztorom, y dostrzegał aby wniczym uchybienia niebyło — Dan
w Łucku Dnia 16. January 1804. Roku —

K. Cieciszowski B. Ł. Ż.

No. 24.

Denuntiamus Vobis Obitum A.R.P. S.Th. Lris Predri Ptlis Gundisalvi Zielinski Prioris Niewiercoviensis Filij Conventus Luceoriensis. —

Praesentes Litterae Nostrae Encyclicae ad Publicam mensam lectae Libro inscriptae cum Die rece=ptionis et remissionis adnotata, consulto ad sequentem Conventum transmittantur — Et hoc In Nomine Patris, et Filij, et Spiritus S. Amen — Quibus cum[que] etc. In quorum fidem etc: Datum in Conventu Nostro Luceoriensi Die 17. Marty 1804. Anno.

Conservus in Domino

Fr. Porphyrius Runowski Mgr Prlis Russ. O.P.

Fr. M. Bratynowicz P.G. Secrets.

Fr. Porphyrius Runowski S. Thae Mgr Prior Provincialis Provinciae Russiae Sacri Ordinis Fratrum Praedicatorum —

In Dei Filio sibi Dilectis EE. AA. RR. Patribus S. Thae Mgris, Exprovincialibus, Vicarijs Nationum, Prioribus Contratarum, et Conventuum ac Domorum Superiori=bus, Salutem et Sapientiae Amorem —

Perpetua infamia prae caeteris memorabitur Saeculum XVIII. in quo summitas Sapientiae a dissoluto mundo in impijs Philosophorum, Ecclesiae DEI, et purae moralitati noxijs effatis ponebatur ita, ut Major pars eru=ditorum, fuerit pars corruptorum hominum. Hodie talis dissolutio etiam in suis nidibus spernitur et Oblite=ratur. Hodie Rex et Subditus, Sacerdos et Populus, Dominus et Servus, damitant ubiq[ue] post rectas Divinae

et humanae Sapientiae vias,

et humanæ Sapientiæ vias. O! quot cordibus quæq in illis plenitudine Spiritus in[illegible] ligemus, ut gratias digna DEO nostro, Patri luminum referamus, pro Animo et Amore nostri Clementissimi æque Potentissimi Imperatoris, Ptolomæum in Educatione excitanda Egyptus, Theodosium in fovenda Religione Roma, Aurelium in justitia et æquitate ministranda Orbis, vel Superiorem his Alexandrum I. obtinuit Rossia, non dubitamus in Domino, hodie licet nobis Religionem Catholicam Summo Studio profiteri et adfirmare, omnes salubres Scientias ad ultimum exquirere: Patriæ Nostræ monumenta vivide nostris inculcare, ita, ut Catholicus Polonus sub Sceptro Rossiæ Fide, pace, Sapientiæ moribus honestis, Idiomate, Lege, in posterum lætetur et floreat. Hæc plurimum iam ex publicis Tabulis legimus. Verum quod præsens in intimato Nobis omnium Provincialium Congressu die 20. Mensis præsentis Luceoriæ didicimus, ex Munere Officij Nostri Communicamus Vobis —

Mæror corda Religiosa semper transfigebat, quod utilitas Ordinum Religiosorum Ecclesiæ necessariæ a Sæculis ab hominibus Sæcularibus minus attendebatur et publicæ Rei tanquam minus utiles obmurmurabantur, Ordo Noster pietate, Sapientia, et eruditione, sicut Clavibus Petri, ita et Regibus Christianis plures Subdidit et subdat populos innumeros plane in Omnibus scientijs erudivit nationes. Provinciæ Nostræ Præsides, perfecta pietatem et Zelum suorum nadi curaverunt, etiam in publicis Cathedris docere Patriæ conftlios, et quod illis firmiter impediebatur, tempore Regiminis nostri ob universorum, Rectore reservatum, et enim —

1mo Petitur a nobis ex parte Regiminis per Illustrissimum Comitem, Intimum Imperatorium Consiliarium et Equitem Dominum Thadæum Czacki Scholarum per Gubernia Volhyniense, Podoliense, et Kijoviense institutum Visitatorem ut Suscipiamus Scholas Publicas in Conventu Vetero Constantinoviensi, et altero aliquo in Podolia, etiam in pluribus, si Professores idoneos subministrabimus. Quibus Scholis præter ædificium et Professores, reliqua Thesaurus publicus impendet. Qua in re de Concilio Patrum Die 24. Præsentis Mensis Nos Sedulo Obligavimus, intentiq sumus ad tam honorificum et profuturum Ordini Nostro munus, Professores Aptos invenire —

2do. Verum ut Provincia Nostra absq aliena Ope publicæ Educationi inservire possit, nullaq honesta scientia Religiosos lateat, Statutum est Provinciæ Nostræ pro Gubernijs Volhyniensi et Podoliensi mittere Vilnam ad Complenda Studia in Imperatoria Universitate tres Alumnos; at nos omni citiori modo honori Ordinis prodesse cupientes, cum Patribus Provinciæ dicto Consilio optimum advertimus pro tota Provincia nostra in pluribus Gubernijs sparsa, mittere Juvenes circa Octo, vel quot sufficienter præparati erunt pro Anno proximo ante Vacationes. Circa modum vero retentionis eorum Vilnæ convenire cum A. R. Patre Provinciali Provinciæ Lithvanæ, quod ab ijsdem Patribus, etiam cum Sumptione convenientis Subsidij ex Conventibus nostris naclionis dotis commissum habemus — Ideo quadam tenus usq huius rei præparationem brevi compleamus, Authoritate Officij Nostri mandamus Superioribus Conventuum Nostrorum ut pro Die 24. Martij Anni proxime sequentis 1804. sine excusationibus quibuscunq conferant taxatam quantitatem ad manus respectivorum Priorum Contratarum secundum hanc Tabellam: Conventus Caminecensis 100. flor. Smotricensis 50. flor. Sotobcowcensis 20. flor. Soculcensis 20. flor. Szaraucensis 50. flor. Laticoviensis 50. flor. Barensis 50. flor. Morachvensis 200. flor. Tulczynensis 200. flor. Tyrowiensis 50. flor. Vinnicensis 100. flor. Jatovicensis 150. flor. Vlodimiriensis 50. flor. Targovicensis 20. flor. Brestensis 100. flor. Kozirensis 30. flor. Cossero-Camenensis 100. flor. Cartoriscensis 50. flor. Nievierowiensis 30. flor. Lachovecensis 100. flor. Kulaynensis 50. flor. Constantynoviensis 100. flor. Stolpcensis 100. flor. Olecensis 100. flor. Zastaviensis 200. flor. Cholojovicensis 100. flor. Ziembinensis 50. Rzecicensis 200. Buchovicensis 50. Czarnobylensis 50. Chodorowiensis 50. Byszeviensis 50. Hotovaynensis 50. Malatycensis 20. Duducovicensis 100. Smolarensis 50. Bielicensis 100. Czasniczensis 150. — Circa quod sub complemento de suis Conventibus Priores Contratarum, et Vicarios Nostros Oneramus, qui postrane nostram determinationem expectent — Ut vero Juvenes hi expectationi nostræ Regiminis, et Expensis satisfaciant, sicut præparationi eorum, ita et profectio in Studia ac moribus idoneum de Religiosis Provinciæ Nostræ adjungere curabimus —

• 3tio. Scholæ Parochiales in Omnibus Conventibus Contratarum Volhynensis, Podoliensis, Kijoviensis quousq methodice cum Auctione fundationum, jam ab aliquot collatoribus inscriptarum a Regimine instituentur, ubi de erunt Scholæ Superiores a præsenti nostra commendatione universim pro possibilitate utiliter conserventur —

utiliter conserventur; educando Juvenes in pietate, principijs Religionis, et Scientiarum. —

4to. — Inter Cæteros Ordines Provinciæ Nostri Ordinis injunctum est signanter, Contratæ Volhyniensi pro Gymnasio erigendo Volhyniensi, Contratæ vero Podoliensi pro Gymnasio Vinnicensi persolvere quot Annis per flor. 500. a quo nec excusari possumus videntes Oblata voluntaria Civium pro ijsdem Gymnasijs, jam aliquot milliones adequantia id circo præcipimus Superioribus Conventuum Contratæ Volhyniensis, et Podoliensis, ut pro die 15. sequentis mensis Xbris solvendo per medium Contributionis pro Deputato ad Collegium Catholicum nuper taxatæ, absq dilatione, in Contrata Volhynensi ad manus A.R. Patris Prioris Luceoriensis Flor. 500. in Contrata vero Podoliensi ad manus A.R. Patris Superioris Vinnicensis Flor. 500. cum quitantijs accipiendis reddent, idq pro hac solavia; nam in posterum fontis hujusmodi Contributionis exquirentur vel ex proportione Proventuum vel ex Summis aliquibus, qua propter transmissionis Status Conventuum ad Officium Nostrum iterum inculcamus —

Admonemus A.R. Patres Superiores, ut quæcunq a Nobis in anterioribus Litteris Encyclicis demandata sunt; de Divino Officio, de Studijs, de Commoditatibus Personalibus Cæterisq regularem Observantiam Condecentibus, sæpius perlegantur, ac sub stricta ratione, in Visitationibus Nobis reddenda, Observentur — Ad quorum Effectum Nostram Paternam impertimur Benedictionem — In Nomine Patris, et Filij, et Spiritus S. Amen — Quibuscunq etc: In quorum fidem etc:
Datum in Conventu Nostro Zaloviensi d. 25. Obr. 1803. Ai

N. 436.

Conservus in Domino
Fr. Porphyrius Runowski S.T.M. Provincialis Russ. O.P.
Fr. Mathias Bratynowicz P.G. Secretarius

Od Urzędu Wikarego Prowincyalnego Wołynskiego Zakonu Kaznodzieyskiego Xiędza Stanisława Raupryka S.T. D. Przełozonym Klasztorow Kontraty Wołynskiey.

Przesyłaiąc Encyklikę ostatnią, y Kopią Poprzedniczey, naymocniey obowiązuię Przełozonych Klasztorow, iaknayprędzey odsyłać też do następnych ~~[illegible]~~ Klasztorow, aby te Klasztory, ktore nieoddały do mnie Składki na Gymnazya, natychmiast ią przesłały, gdyż na te reszty oczekiwać tylko muszę, niedopełniaiąc wyzszych Rozkazow, oraz Składki powtorney nieodwłokalinie Termin oznaczony Encykliką Ostatnią, dla waznoszinteressu Przełozonych nieuległych Urzędowi Prowincyalskiemu, donosić mam Obowiązek —
Dnia 24. Marca 1804. Roku.

Fr. Stanislaus Raupryk S.T. Mgr. Prior Luceoriensis et Vicarius Provincialis per Contratam Volhyniæ Ordinis Prædicat.

Fr. Porphyrius Runowski S. Th. Mgr. Prior Provincialis Provinciæ Russiæ S. Hyacinthi Sacri Ordinis Prædicat.
In Dei Filio sibi Dilectis Eximijs, ac Adm. Rdis Patribus S. Th. Mgris Exprovincialibus, Vicarijs, Nationum, Prioribus Contratarum, et Conventuum, Superioribus Domorum, cunctisq Patribus, et Fratribus, Ejusd. Ordinis et Provinciæ Salutem.

Cum nuperrime Illustrissimi Romano-Catholici Collegij ad Nostrum Officium transmissum Mandatum recepimus, quod ad Effectum Executionis adducere cupientes, mox illud Vobis per præsentem Litteram Encyclicam communicamus, cujus significationem, ut intelligere possitis, Copiam Ejus ponimus, de tenore sequenti. —

Wypis z Ukazu Katolickiego Duchownego Kollegium od 29. Februarij 1804. R. N. 195.
Rozkazali: wyłączaiąc te Zakony, ktore exypowanemi są w Ukazie od Składek na Głowne Seminarium, zalecić, (: y Zalecono :) Prowincyałom wszystkich innych Zakonow, aby Ci uwiadomili swoie Klasztory, że One od Daty Ukazu o Głownym Seminarium, to iest od Dnia 18. Julij 1803. Roku Obowiązane będą Składki, iakie stosownie do Dochodow na każdy Klasztor rozłożą się, wnosić do Głownego Seminarium Wilenskiego; przeto powinne takowe Klasztory Część swoich Dochodow wcześnie odkładać, y mieć w gotowości do niezawodnego wniesienia, iak skoro się zapotrzebuie. —

Posthuius Mandati denunciationem, ne Ejusdem executio difficultati alicui subiaceat, mandamus ut Superiores

mandamus ut Superiores Conventuum Nostrorum tempestive reponant certam Pecuniam ex Reditibus, et tempore futuræ requisitionis destinandam Contributionem pro Generali Seminario Vilnensi, iuxta Dispartitionem per Conventûs in proportione Proventuum subsequuturam solvant.
Item serio præcipimus Omnibus Superioribus Conventuum, ut singulæ dispositiones Nostræ suum Effectum quantocyus sortiantur, et quo die Fratres assignati a Conventu discesserint, et quô ad Conventum suæ assignationis pervenerint, ad Nostrum Officium statim reportent —
Insuper Denuntiamus Vobis Obitum Charissimorum Fratrum Nostrorum, qui in Domino obierunt scilicet — In Conventu Czarnobylensi Adm Rdus Pr Prædicator Gnalis Marianus Balinski, Filius Conventûs Podkamenecensis. —
In Conventu Smotricensi Rdus Pater Dominicus Dtuski, Filius Conventûs Ejusdem. —
Postremô ut hæc Nostræ Encyclicalis Littera Omnibus Conventibus manifestata sit, injungimus omnibus Conventuum Superioribus, ut quamprimum ad mensam lecta fuerit, et in Libro Encyclicarum descripta, sine mora Eandem, non per captatam Occasionem, sed per Consultum Tabellarium subito remittere ad proximiorem Conventum curent. — Et hoc In Nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti Amen — Quibus cunq Etc: In quorum fidem etc: — Dattm in Conventu Nostro Stolpcensi Die 7. Maij. 1804. Anno. —

Conservus in Domino — Fr. Porphyrius Runowski Mgr Prolis

No 149. — (L.S.) Fr. Mathias Białynowicz P.G. Secret.



